[illegible] Sabbato [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Comes [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dabit

[illegible] [illegible] obtinuit [illegible] respondens in [illegible]

[illegible] de [illegible] [illegible] sunt

[illegible] 15. [illegible] Summę nacz[illegible]-
cą Złotych.

Regimentowi Pieszemu Buławy Polney Ko
ronney, dyspartyment swoy maiącemu z
czego *quietatur* dźiało się.

*Die* *Mensis* *Annô Dñî* 1754.

cą Złotych.

Regimentowi Pieſzemu Buławy Polney Koronney, dyſpartyment ſwoy máiącemu z czego *quietatur* dźiáło ſię.

*Die* *Menſis* *Annô Dñî* 1754.

# ANNOTATIONES

*Summopere.*

NECESSARIÆ

Clero tam sæculari quam Regulari, ad Ritus Ecclesiasticos Orthodoxos observandos.

&

*Abusus si qui vigent eliminandos partim,*

Ex Decretis Summorum Pontificum.

*partim*

*Ex Decretis S. R. C. ex Rubricis Missalis & Breviarii*

*partim.*

Ex Synodis Provincialibus

&

Ex Edictis Loci Ordinarii

DESUMPTÆ.

*Anno Domini* 1782.

LUBLINI

Ex Typographia S.R.M. Collegii PP. Ord: SSS. Trinitatis.

# Licentia Loci Ordinarii.

Annotationes summopere necessariæ Clero tam sæculari quam Regulari ad Ritus Ecclesiasticos observandos, operâ Adm Rendi Sebastiani MARTYNOWICZ Monialium S. Birgittæ Conventûs Lublinensis Capellani emeriti Sacerdotis collectæ, quoniam in ijsdem omnia ad mentem Decretorum Summorum Pontificum S. Rituum Congregationis, Rubricarum Missalis, Brevirij & Edictorum Loci Ordinariorum exactatissime sunt descripta ut Typo mandentur facultatem concessimus. Datum Lublini Die 28. Maji Anno Domini 1781.

*JJ. LENCZOWSKI Episcopus Abderitanensis Suffraganeus & Officialis Generalis Lublinensis mpp.*

J. M. F.

# S. CÆLESTINUS PAPA.

Nulli ſacerdotum liceat Canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum poſſit Regulis obviare. Quæ enim a Nobis res digne ſervabitur, ſi Decretalium norma Conſtitutorum, pro aliquorum libitu, licentiâ permiſſâ, populis frangatur? C. Nulli. disc: 38.

*Ideo*

## JN NOMINE DOMINI.

Notatum Primum

## ABUSUS.

***Si qui ubi exſtant, annotantur.***

Ex ſynodo Provinciali Gneſnenſi Petricoviæ habita A. D. 1628. in Epiſtola Bernardi Macieiowſki Card: huic ſynodo inſerta, Titulo de Sacramentalibus &c. hæc habentur: Jn Feſto S. Joannis Baptiſtæ ducendis circa ignes vulgo *Sobotki* & arbores choreis populi non vacent. Hæc enim vel accepta ſunt ab Æthnicis, vel eo diriguntur malitiâ vel fraude diaboli, ut populum ab obſervantia utili Feſtorum, ad nugas & ludicra avertant. Jdeo Concionatores, & Confeſſari populum ab eiusmodi inconvenientiis avertere, admonitionibus debent.

*Ex Præmonitione Diœcesana Anno 1755.*

Jn Rubricella impreſſa: Jn nonnullis oppidulis & Pagis in Hebdomada S. tempore Matutini tenebrarum insolentiæ a pueris fiunt in Eccleſia, (: quæ forte circa fana Gentilium non fiebant :) mittuntur

 deorum

deorſum ollæ cum Cato & pulveribus cum magna irreverentia Domus Dei,& ſcandalo ſæculariũ, ubi loco Compaſſionis ſuper morte Chriſti, riſus & cachinni ſtrepunt per Eccleſiam, quis audivit unquam talia a ſacerdotibus permitti eo tempore quo cantant: *Zelus Domus Tuæ comedit me* ſimiliter in Dominica Palmarum variæſcenæ ludicræ loco Matutinæ devotionis vel Concionis agitantur, ut vocant intermedia ab iis, qui nebulones & hiſtriones & Cætera huiusmodi repræſentant, facientes Templum Domini theatrum Mimorum ſic devotio mutatur in inſolentias. Extirpanda ſunt prorſus eiusmodi abſurda a Domo Dei, quam decet Sanctitudo, non proſanatio. *Quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte, & non ſolum qui eafaciunt, ſed etiam qni Conſentiunt facientibus, iuxta Divum Paulum* ad Rom: 1. ℣ 32.

*Ex Synodo Diæceſis Cracov: Lubiniana* C. 32.

Tit: de abusu oſculi Patenæ ad Miſſam. Dum plures ſacerdotum perſonis ſine reſpectu dignitatis, ſtatus aut Conditionis dare Patenam ſolent oſculandam poſt Miſſam, contigit quod huius modi pietatis cultus facile invilipendium vergat, aut cum ſtatûs dedecore eveniat Presbyterorum Contemptûs, ſi pro ſuorum Privatorum Patronorum lucrando favore, per Eccleſiæ ſcamna ſeu Cancellos, poſt Miſſam cum Patena divagentur. Quare inhærendo Decreto S. C. Rituum, quâ vetatur ne ſæcularibus Patenæ ad oſculum porrigantur. Synodaliter in omnibus & ſingulis tam Sæcularium quam Regularium Eccleſiis, hunc abuſum tollere cupientes, ſub pænis Nobis & Officialibus noſtris reſervatis, mandamus, necuipiam Alteri, præterquam in Eccleſiaſtica vel ſenatoria conſtitutis, dignitate, vel alio ſpeciali fulgentibus honore, Eccleſiarumq; Patronis in poſterum ad ipſum Altare non perambulando per Eccleſiam Patena detur reverenter oſculanda.

Hæc Patena ad Miſſam a ſacerdote Celebrante in Extremitate, ſeu ora ſcilicet ubi eſt Crux efformata, Congruentius eſt, ut oſculetur. S. R. C. 24. Julii 1683.

Ex

*Ex Constitutionibus Synodalibus lib: 1. Tit: de Consvetudine.*

Ut consvetudo aquis perfundendi homines promiscui sexus in Celebritate Paschali, qua diabolus multas animas mortalium lucrifacere solet, propter submersiones aliaq; scandala, vel ob id obvenientia, penitus aboleatur, decrevit synodus, ut DD. Ordinarii locorum, in Diæcesi sua mandent Concionatoribus, in Concionibus hortentur plebem ne ista fiant.

*Exiusdem Constitutionibus lib: 3. Tit: de Custodia SSmæ Eucharistiæ.*

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam Clerici Ecclesias sic exponunt supellectilibus propriis etiam & alienis, ut potius domus, laicæ, quam Dei Basilicæ videantur, non Considerantes quod Dominus in Euangelio, non sinebat ut vas transferretur per templum: suntautem alii, qui non solum Eccesias relinquunt incultas, verum etiam vasa ministerii, & vestimenta Ministrorum, ac pallas altaris, nec non ipsa Corporalia tam immunda relinquunt, quod interdū aliquibus sunt horrori, Jtaq; firmiter prohibemus, ne huius modi supellictilia in Ecclesiis reponi admittantur, nisi inter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes ad eas habeatur refugium,sic tamen ut necessitate cessante in pristina loca reportentur. Præcipimus quoq; ut Altaria, vasa, Corporalia, ac vestimenta prædicta munda & nitida Conserventur. Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecerent in profanis

*Rubrica Missalis dist; 2. de Consecr:*

Si per negligentiam &c. ubi expresse præcipitur, tres debere esse omnino mappas in Altari (: vel duas sed unam duplicatam :) tempore Missæ Eliminandus ergo omnino, est abusus a multis Ecclesiis in quibus tantum duæ Mappæ in Altari ponuntur, & tempore Missæ duo Corporalia dantur, ut pote praxi universali, & Claræ Rubricæ Missalis Contrarius.

### *Ex Synodo Provinciali Petricoviensi 1628. Tit: de Fabrica Ecclesiæ.*

Cæmeterium sit septum & clausum, ne brutorum, incursibus pateat, & nullæ sint in ea immunditiæ, lignorumve, strues, aut Cæmentorum acervi; sed & frutices ac urticæ siquæ excreverint succeidantur.

Abusus ille, si alicubi viget, per quem in pagis vel oppidis tempore solemnitatum finitâ Missâ in qua fuit SSmum expositum idem SSmum Sacramentum cum Monstratorio asservatur in sacristia & postea pro Vesperis ex Sacristia cum intonatione penes Sacristiam *O Salutaris Hostia* effertur, est omnino tollendus ut pote sordidus & est contra Rubricas, & cum magna irreverentia SSmi Sacramenti: sed finitâ Missâ asservetur in Pixide in Ciborio prævia intonatione, *Tantum ergo Sacramentum &c.* Et similiter exponatur ad monstratorium pro vesperis penes Altare, cum intonatione: *O salutaris Hostia* Abusus ille, si ad huc ubi exstat, non debet amplius tolerari, quod indiebus Paschatis permittitur, sive in Oppidis, sive in Pagis non nullis, ut adolescentes cum accepta Cruce ex Ecclesia, viriditatibus ornata, circumeant agros, domos, ac tandem pro Conclusione tabernam; non possunt satis exprimi absurda & scandala sequi solita ex similibus permissionibus. Nam persæpe Crux Christi: *Iudæis & Hæreticis scandalum, gentibus autem stultitia, populo rudi & simplici derisio.*

## *AQUA BENEDICENDA.*

Aqua benedici debet singulis diebus Dominicis ad Aspersionem Populi, & omitti nunquam debet, nec debet fieri Populi aspersio die Dominica cum aqua iam alias antecedenter benedicta exceptâ Dominica Resurrectionis & Pentecostes inquibus non benedicitur hæc aqua in Ecclesiis ubi adest Fons Baptismalis, sed aspersio sit, cum aqua pridie benedicta. Ita Baruffaldus Tit: 45. num: 13. ad 6tum.

Gavantus, Buccardus, & Concilium Natense exquibus deducit Baruffaldus rigorosum Præceptum de eiusmodi benedictione singulis Dominicis.

Jn benedictione Aquæ vg diebus Dominicis pro aspersione Populi debet sacerdos ( inferior enim Presbytero *vg* Diaconus non potest benedicere solemniter sine nota Jrregularitatis iuxta Pontas Theologum insignem ) stare aperto capite; & dum sal immittit, debet tres Cruces distinctas formare, ad quam libet immittendo sal in modum Crucis in aquam ( & non tantum semel unam Crucem formando ad omnia simul nomina SSmæ Trinitatis prolata ) Jta Merati. P. 4. Tit: 19. N. 6. & Baruffald in Coment: ad Rit: Rom: N. 40.

### *De aspersione diebus Dominicis.*

Sacerdos Celebraturus indutus Pluviali Coloris Officio Convenientis, accedit ad Altare. ibi ad gradus cum Ministris genu flexus ( non stans ) accipit a Diacono aspersorium, & incipit Antiphonam. *Asperges me* & Chorus prosequitur: *Domine hyssopo &c.* Et primo aspergit Altare, deinde se: interim ipse erectus, genuflexos ministros Diaconum & Subdiaconum aspergit. Canonici singillatim ob maiorem Venerationem aspergi debent. Ex Decreto *S. R. C.* 20. *X*bris 1661. Deinde Clerum & Populum aspergit dicens submissa voce alternatim cum Ministris Psalmum. *Miserere.* Quod si in altari sit expositum SSmum Sacramentum, abstinendum est ab aspersione Altaris. Jta *M*erat: Tom: 1. Par: 4. Tit: 19. de Rubricis benedictionum, ex Cæremoniali Episc: lib: 2. Cap: 31.

### *Aqua Baptismalis, an debeat statim perungi sacro oleo?*

Attendant Parochi præscripto Romani Ritualis de Benedictione Fontis Baptismalis Sabatho Sancto & Sabbatho Pentecostes, Sabbatho Sancto si non possunt haberi olea sacra nova, tum acceptâ aquâ ex Fonte per assistentes, relictâ quantum sufficiat pro baptizandis

zandis ad Sabbathum Pentecostes, antiquis sacris oleis Fons baptismalis perungatur. Peccant igitûr graviter Parochi, qui aquam Fontis Sabbathô Magnô non perungunt, sed duntaxat Sabbathô Pentecostes: & ita a sabbatho magno ad sabbathum Pentecostes aquâ sacris Oleis non perunctâ baptisant.

*Hic adiungitur scire necessarium.*

Baptismi Collatio unius testimonio Comprobatur, sed illius testimonio non deserendum nisi illum probatæ fidei esse constet. itaq; non creditur chartulæ anonymæ, cum qua infantes aliquando projecti reperiuntur. Benedictus XIV. de Bapti: Iudæorum sive infantium 28. Feb: 1747. Bull: Tom: 2. fol: 228.

*Baptismi Cæremoniæ.*

Cum ex variis gravibusq; Causis sacras Baptismi Ceremonias prætermitti contingat, cito suppleantur, nec sine gravi peccato negligantur. Curandum est etiam ne extra casum necessitatis Communis, vel etiam ea quæ pro lustrationibus benedicitur, in Baptismi administratione adhibeatur, ac temere omittatur usus aquæ ad hunc præcise effectum benedictæ iuxta præceptum Romani Ritualis Bened: *XIV*. Jn Decretis pro Jncolis Regni sveviæ die 2. Febr: 1744. Bul: Tom: 1. fol: 186. § 19. & 20.

*Huc spectant Obstetrices.*

Obstetrices, quæ debent diligentius examinari a Parocho num sciant ea, quæ necessaria sunt ad S. Baptismum Conferendum Tunc autem si baptisaverint, in Templo sunt implendæ Ceremoniæ; non tamen iterum sub Conditione iterandus est Baptismus, indiscriminatim ex eo quod ab obstetrice aliisve similibus tinctus est puer, sed inquirendum nunquid aliquid necessarium omiserint. Ex operibus Bened: *XIV*. Jnst: Eccl: 8. § 6. Et de syneo: lib: 7. C. 5. § 6.

Notatum

# Notatum 2dum.

## BENEDICTIONES.

### *Benedictio cum SSmo Sacramento.*

Benedictio cum SSmo Sacramento danda est in fine Hymni vel prius, dum Cantatur *Tantum ergo Sacramentum* non ad versum: *sit et benedictio* S. R. C. 5. Febr: 1639. Quod etiam non convenit, dum cantatur Polonice: *Przed tak wielkim Sakramentem* dare benedictionem ad hæc verba: *Niech Duch S. Błogosławi* sed ante hæc verba præveniatur benedictio. Jn benedicendo populum cum SSmo Sacramento, sacerdos debet perficere circulum redeundo ad Altare, hoc est debet se vertere ad Altare ex parte manus dextræ S. R. C. 21. Mart: 1676.

### *Benedictio a Summis Pontificibus Cerearum Formarum vulgo* Agnus Dei, *quos effectus Causat.*

Pervetustus in Ecclesia Romana Ritus est ille, quo summi Pontifices benedicere, & Consecrare solent Cereas Formas, quæ *Agnus, Dei* vulgo apellantur. Jn ordine Romano qui Eruditorum Judicio antiquior est sæculo Octavo, innuitur prafatus Ritus. Jn Ceremoniali vero eiusdem Romanæ Ecclesiæ designatur materia Forma, & preces in huius modi Consecratione adhibendæ, quæ sacras continent misticasq; significationes.

Conficiuntur hi *Agnus Dei* ex Cera Alba, pura & Virginea quo Humana denotatur natura, a Verbo Dei virtute Divina, sine ulla mixtione, aut Contagione Culpæ in purissimo MARIÆ Virginis utero assumpta. Agni imago in illis imprimitur, Agni illius immaculati symbolum, qui pro humana reparatione in ara Crucis immolatus est. Adhibetur aqua benedicta, quo nimirum elemento cum in veteri tum in novo Fœdere præclara Sacramen-

ta &

ta, & prodigia a Deo sunt. Miscetur in ea balsamum, quo bonus Odor Christi significetur, quem in omni actu & Conversatione redolere debent Christi Fideles. Superfunditur Chrisma, quo res aliæ Divino Cultui specialiter addictæ, veluti Templa, Altaria, sacerdotes præparari solent ac Consecrari, atq; in eo præstantissima virtutum omnium charitas figuratur.

Jn aqua prius benedicta, ac balsamo ac chrismate mixta, Cerei illi *Agnus Dei* inmerguntur, & Summus Pontifex tam ante, quam post mersionem, Sanctisimis precibus Deum exorat, ut eas Formas benedicere, sanctificare, ac Consecrare dignetur, iisq; tantam impertiat virtutem, ut quicunq; recta fide, ac vera pietate iisdem usus fuerit, hæc dona ac beneficia Consequatur.

*1mo.*

Ut aspectu vel contactu Agni in Cereis illis Formis impressi excitentur Fideles ad memoranda sub eo symbolo Redemptionis nostræ mysteria conceptisq; grati animi sensibus Divinam in nos bonitatem benedicant, reverantur ac diligant, fidentes fore ut per eam peccatorum veniam obtineant, & maculas omnes abstergant.

*2do*

Ut ad vivificæ Crucis signum in iisdem Formis Cereis impressum, maligni spiritus comtremiscant, & fugiant, facessant grandines, subsidant venti, dissipentur tonitrua, abigantur turbines, fulgura & tempestates.

*3tio.*

Ut Divinæ Benedictionis virtute, non prævaleant diabolicæ fraudes, insidiæ, & tentationes.

*4to.*

Ut parturientes cum fætu incolumes serventur, eumq; feliciter in lucem emittant.

*5to.*

Ut eidem devote utenti, nulla dominetur adversitas nulla noceat pestilentia aerisq; corruptio, nullus comitialis morbus sum Corripiat, nulla maris tempestas, nullum incendium, nulla in undatio, nulla adversum eum prævaleat malignitas.

*6to.*

Ut in

Ut in prosperis adversisq; casibus Divina Pretectione muniatur, ab humanis diabolicisq; insidiis, a sabitanea & improvisa morte a cunctis deniq; malis & periculis liberetur, per vitæ ac Passionis Christi JESU mysteria.

Mirabiles huius sacri signi virtutes explicatæ iam olim fuêre, atq; his versibus Comprehensæ,

Pellitur hoc signo tentatio dæmonis atri,
Et pietas animo surgit, abitq; tepor.
Hoc aconita fugat, subitæq; pericula mortis,
Hoc & ab insidiis vindice, tutus eris.
Fulmina ne feriant, ne sæva tonitrua lædant,
Ne mala tempestas obruat, istud habe.
Undarum discrimen idem propulsat, & ignis,
Ullaq; ne noceat vis inimica, valet.
Hoc facilem partum tribuente, puerpera fætum
Incolumem mundo proferet, atq; Deo.
Unde, rogas, uni tam magna potentia signo?
Ex Agni meritis, haud aliunde fluit.

Quæ quidem beneficia, & gratiarum dona a bonorum omnium Largitore Deo Fidelibus tribui, ac concedi virtute hisce sacris cereis Communicata per Benedictionem, ac precationes imprimis, quas Christi Vicarius Romanus Pontifex, universæ Ecclesiæ nomine, in eorum Consecratione fundere solet, res est omnino firmiter Credenda, ac variis eximisq; miraculis sæpissime Confirmata. Quodsi optatus non semper obtineatur effectus, id non defectui virtutis rei sacræ, sed vel infirmæ, exiguæq; utentium Fidei, ac devotioni, vel alteri occultæ Causæ Deo compertæ ac probatæ tribuendum est.

*Benedictio Condelarum in Festo Purificationis B.V.M. ad quem pertinet?*

Benedictio Candelarũ, Cinerũ, Palmarũ, & alias similes functiones

 facere

facere, quas faceret Episcopus, eo absente, vel impedito, ad Primam Dignitatem, non vero ad Canonicum Hebdomadarium pertinet S. R. C. 21. Mart: 1609.

Dignior Sacerdos ad quem spectat Candelam Cineres, & Palmam Sacerdoti Celebranti ministrare, debet ab eodem Celebrante stans supra dicta accipere, sicut & prædicta ministrare, non verò flexis genibus. S. R. C. 30. Aug: 1664.

Candelas accensas in solemni Missa dum legitur Evangelium tenere debent omnes, Cantato autem Evangelio extingvantur, sed iterum accensæ teneantur ad elevatjonem SSmi Sacramenti, usq; ad Completam Communionem sacerdotis Celebrantis, aliorumq; si adsint Communicandi. Si autem transferri contigerit Festum Purificationis B. V. M. quod inciderit in Dominicam septuagesimæ, vel Sexagesimæ, licet sit Benedictio Candelarum, tamen in Missa non tenentur Candelæ accensæ, quia Missa fit de Dominica Juxta Cærem: Episc: Merati & alii.

Dum autem accenduntur Diaconus & Subdiaconus nunquam illas tenent accensas, sed Celebrans Solum tunc, dum Cantatur Evangelium Merat: P. 4. Tit: 14. Num: 20.

*Benedictio Cerei in Magno Sabbatho, & alia quæ ante eius benedictionem debent observari, præscribuntur.*

1mo

Altare maius duplici vestiendum est pallio seu antependio, interiori albo pretioso, exteriori violaceo quod facile amoveri possit circa finem Litaniarum. Immagines Ecclesiæ ad huc tectæ manebunt usq; ad finem Litaniarum, exceptis Crucibus quæ heri fuerunt detectæ.

2do.

Ante benedictionem novi ignis Candelæ Altaris sicut & Ecclesiæ lampades manent extinctæ, exceptâ illâ ubi SSum Sacramentũ asservatur quæ ardere semper debet suo tempore extingvenda, & statim novo igne accendenda. Ex Brev: Instr:

Hinc

Hinc congruum est ut in Ecclesiis Regni Poloniæ in sepulchro Domini duæ saltem lampades remaneant, quæ non prius extingvantur, donec aliæ lampades novo igne benedicto accensæ allatæ substituantur.

3tio.

Post benedictionem ignis ut habetur in Missali, benedicuntur grana, quæ non debent esse ex sola Cera, sed ex thure in modum nucis pineæ elaborata, modo tamen plus thuris, quam alterius rei appareat, inextremitate inaurata.

4to.

Arundo quoq; non sit baculus sed arundo vera, incuius defectu potest adhiberi baculus arundinis, qualis in his regionibus nascitur, quasi floribus Circumtectus. Sitq; hæc arundo non tanquam Candelabrum triangulare, sed tantum in cuspide habens tres Candelas albas distinctas in tres quasi ramos exeodem trunco nascentes, & in triangulum desinentes, quæ post preconium figidebet in aliquo pede a latere Evangelii, ad id præparato, non procul a cereo, statim post hanc Missam amovenda.

5to.

Circa benedictionem Cerei animadvertendum est, quod Cereus anni præteriti quo ad maiorem sui partem consumptus ac quo ad maiorem partem sequenti Anno iterum refectus, licite Anno sequenti iterum benedici possit, siquidem per additionem maioris partis denovo, perditur benedictio prior, & sic non benedictus, atq; absolute novus Cereus iuxta Rubrum Missalis benedicitur. Contra vero dicendum est, si Cereus anni præteriti, quo ad minorem partem fuisset duntaxat refectus, tunc profecto anno sequenti iterum benedici saltem sine peccato veniali non posset. Pessime igitur faciunt it, adeoq; non imitandi, qui absq; ulla Cerei refectione (ut fit in multis Ecclesiis) semper eundem beneedicunt Cereum donec fuerit Consumptus. Jnquit Merati Par: 3. Tit: 10. N. 27. infine.

6to.

Cereus Paschalis (iuxta Decretum S. R. C. 19. Maii 1607. emanatum) regulariter accendi debet ad Missas & Vesperas solennes

nes in triduo paschatis, in sabatho in Albis, & Dominicis usq; ad ascensionem Domini. Jn aliis servanda est Consvetudo locorum. Jdeoq; insupra expressis diebus debet ardere tẽpore totius Missæ & vesperarũ integrarũ. Contra hoc Decretũ faciunt qui tantum ad solum Evangelium Cereum prædictum accendunt. Addit Merati accendendum esse in Festo Tutelaris Ecclesiæ ad Missam & utrasq; Vesperas, & in Festis Apostolorum. Jn die autem ascensionis Domini accenditur ad imas Vesperas, Laudes, & Missam Solemnem usq; ad Euangelium, quodicto statim extingvitur, & post Missam removetur ab Altari, & amplius non accenditur, nisi sabbatho Pentecostes in Benedictione Fontis.

Adjungitur hic pulsus Campanæ Sabatho S. post quam pulsatæ sunt in *Missa*, iam totadie secundum consvetudinem scilicet pro *Angelus Domini* meridie & Vespere, *pro Regina Cæli* Jtem pro Completorio pulsari debet.

Ecclesia Parochialis in Diæcesi venit sub nomine Matricis, ante quam ideirco nequeunt Reguleres pulsare in sabbatho magno S. R. C. 9. Feb: 1608.

### *At Benedictio aliarum, rerum quomodo debet esse.*

Benedicendi modus alios, vel rem aliquam debet esse cum manu recta, & digitis simul iunctis, & extensis *S.* R. *C.* 1683. 24. *Martij*,

### *Benedictio mulieris post nuptias.*

Jn Agendis parvis reimpressis, ubi de benedictione mulieris post nuptias irrepsit error typi, nempe post Orationem. *Prætende Domine* notatur ut sacerdos data in dexteram extrenitate stola ducat mulierem in Ecclesiam dicens: *Jngredere in Domum Dei*, quod est merè error, *ideoq; hoc notatum cum ingredere* deleatur, ubi est scriptum, & servetur pro ut in Rituali Romano Magno scribitur, nempe, post orationem, *Prætende Domine* statim dicatur Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus*, & mulier non introducatur

ducatur cum stola ad Ecclesiam, ut notat Rubrica Ritualis, sed ingressâ illâ ad Ecclesiam ante Altare, detur ei benedictio.

*Benedictio mulieris post Partum.*

Benedictio hæc vulgo *Wywod* est de consilio, non de Præcepto Jdeoq; dum peragitur, absolvi debet in Ecclesia mulier ad eam veniens. Si autem nonpotest fieri sine gravi incommodo, potest omitti. Minus perite igitur faciunt, qui hanc benedictionem tribuunt aut domi mulieribus infirmis, aut mortuis ante sepulturam. *Si* sæpius reviderentur Rubricæ Missalis Breviarij, & Ritualis Romani, omnia aut plurima secundum Ordinem fierent.

*Benedictio hæc non debet dari puerperis fornicariis.*

Ex Synodo Provinciali Gnesnensi Petricoviæ Celebrata 1628. 22. Mensis Maij. Puerperas fornicarias non inducant Parochi intemplũ, ne earum Crimen videatur probare Ecclesia, sed si publice peccaverunt, publice pæniteant, si occultè, occultè etiam absolvantur

*Benedictio Panis & aquæ in Fasto S. Agathæ.*

Hæc benedictio in Ecclesia est Consveta in Canone maiori post Consecrationem, non videtur hæc sacrificio Missæ conveniens esse interruptio, ut quidam sentiunt, & ideo post Missam, panem & aquam benedicunt, sed advertant in hac, benedictione Orationem, qua valde edme dirigitur ad penue vivum, hoc est, sub specie Panis velatum in Missæ Sacrificio Christũ Dominũ nostrum, si existaret in hoc aliquis abusus non toleraret illum S. Mater Ecclesia, & hoc Anno 1781. impressum est parvum Rituale Varsaviæ, non aliter, quam in Canone hæc fieri benedictio iniungitur.

*Benedictio in Divinis Officiis quomodo peti debet.*

Diaconus Ministrans thus Canonico Celebranti ut benedicat, debet dicere: *Benedicite Pater Reverende*, non *Pater Reverendissime* S. R. C. 4. Aprilis 1699. Anno.

Jdem

Jdem Cantaturus Evangelium, benedictionem dum petit, dicat, *Jube Domne benedicere*. Sacerdos vero in Missa sive solemni sive privata ante Evangelium, cum submissa voce orat: *Munda Cormeum*, dicat semper: *Jube Domine Benedicere*. Nam vox *Dominus* proprie tantum Deo convenit. *Domnus* verò quæ vox diminuta, tribuitur hominibus. Tempore S.Hieronimi, omnes Sancti, & alii homines insignes *Domni* vocabantur.

*Cœlestem Dominum, Terrestrem dicito Domnum.*

Et in Litaniis Summus Pontifex dicitur: *Domnus Apostolicus* Jtaq; Diaconus non a Deo sed a Sacerdote benedictionem petens, dicat: *Jube Domne benedicere*. Sacerdos verò qui eam petit à Deo, dicit: *Jube Domine*. Et hoc est discrimen inter benedictionem quæ a Deo, & illam quæ petitur ab homine, quia a Deo gratias, quibus nobis est opus postulamus, ab hominine autem petimus ut pro nobis oret Deum, qui super nos benedictionem suam effundat. Bened: XIV. Pont: M. desacrif: Mis: lib: 2. C. 7.

*Benedictio quomodo peti debet Officium Cantando cum aliis sive a solo recitanda?*

Juxta Rubricas Breviarij. dum dicenda est Lectio sive in Choro Cantetur Juxta Rubricas Breviarij. dum dicenda est Lectio sive quis privatim cum alio, sive solus recitet Officium, debet dicere. *Jube Domne* non *Jube Domine*, & tantum ( ut est superius ) in sola *Missa* dici debet. *Jube Domine*. Jlle enim qui recitat officium, inquit S. Petrus Damiani, totius Ecclesiæ nomine orat, atq; loquitur, eamq; representat. Solus Episcopus si in Choro recitet Lectionem ultimam in matutino deberet dicere: *Jube Domine benedicere* Cui absolute responderetur a Choro: *Amen* vg omisso *Ad Societatem* &c vel *Per Evangelica dicta*. Hoc etiam advertendum, si sacerdotes secum dicunt Matutinum vicissim legendo Lectionem, petat benedictionem a se, siverò sacer-

dos

dos Cum alio, qui nec dum est ſacerdos, recitet, non expedit, ut non a ſacerdote petat benedictionem, ſicut & Episkopus, alio Capellano, ſed inferior tunc debet quavis vice benedictionem petere.

## Notatum 3tium.

### CONFESSIO.

S. Carolus Borromæus inſuis Institutionibus, de Sacramento pænitentiæ hæc notat: *Accedet autem ad Confeſſionem Laicus habitu humili, ſi vero Clericalis Ordinis eſt ſine ſuperpelliceo.* Quā enim ſordidus eſt abuſus iſte ſacerdotem Confiteri in ſuperpelliceo infacie populi, nemo non videt,

## C R U X.

Sabbatho Paſſionis debent velari velis violaceis Cruces & imagines ante vesperas, etiam ſi occurrat eo die Feſtum *S.* Tutelaris, & Patroni Eccleſiæ, neq; hoc toto tempore poſſunt detegi, etiamſi occurrant prædicta Feſta *S.* R. *C.* 16. *9bris* 1649.

Feria autem V in cæna Domini. Crux maioris Altaris Velo Albo debet tegi; Crux autem Proceſſionis ad *Mandatum* debet Cooperiri velo violaceo. Craſtina die in Parasceve Crux *Maioris* Altaris velo nigro operitur. Jta Rubricæ modernæ.

Crux de more collocari debet cum Jmagine crucifixi apposita ſuper Altare in quo eſt expoſitum SSmum Sacramentum S. R. *C* 14. *Maii.* 1707. Ao intelligitur tempore Miſſæ quæ in eo Altari Celebratur.

Poſterius vero tale Decretum emanavit: Quando eſt expoſitum SSmum Sacramentum in Altari, non eſt omnino neceſſe Crucem Collocare, quia Prototypus adoratur. 7. *7bris* 1741. Anno.

Crux parva cum imagine Crucifixi polita super tabernaculum, inquo asservatur SSmum Sacramentum in Altari, non est sufficiens in Missa, sed debet poni Crux alia in medio Candelabrorum. Si in Altari quando adest Magna statua SS. Crucifixi, non est necesse ut ponatur Crux alia dum Missa celebratur. S. R.C. 16. Junii 1683. Anno.

SSmus Autem Beneeictus XIV. Tomo 2. Bull: pag: 125. decrevit dicendo Nota 3tio (ut scribit Antoine Theol: spec: Dogmat: & Morat: Tom: 3. fol: 265. Tract: de Eucharistia) Necessarium non est Cucifixum cruce pendentem in Altari Constitui, si salvator noster Christus in maiori Tabula Altaris depictus, aut cælatus ita appareat, ut primum teneat locum præ cæteris omnibus, quæ in eadem Tabula exprimantur.

Crux quotiescunq; in Processionibus vel aliis Officiis defertur a Subdiacono vel Clerico vel a quocunq; alio ante Clerum & Populum, semper imago Crucifixi terga debet vertere Clero sequenti & polo. quasi Christus videatur præire (nisi sit Archi Episcopalis, in qua imago Crucifixi respicere debet Archi Episcopum) Ita Savan Merati Tom: 1. Par: 1. Tit: 19. Et ibidem Par: 2. Tit: 13. Rub: 4. & Baruffald: de Proces: Tit: 76. N. 62.

Cruces Altarium seu Processionum non sunt benedicendæ de Præcepto, potest tamen simplex sacerdos benedicere privatim & non solemniter. S, R. C. 12. Jun: 1704. Anno.

Cruces quæ fiunt a Sacerdote super Oblata in Missa (& inaliis casibus) non sunt faciendæ manu transversa, sed manu recta, in transversa parte Crucis. S. R. C. 4. Aug: 1665. Hoc est (ut explicat Castaldus & Quarti apud Meratum de Missa P. 2. T. 7. N. 20.) sacerdos sicut manu recta & in longum extenta formavit primam lineam super Calicem, ita eodem modô extensa in rectum manu, nullatenus incurvata, per medium prioris lineæ (quasi eam secando per medium) debeat alteram lineam formare, quasi Calamodesignans ut Crux Constet, quasi ex duabus lineis rectis.

Nota-

# Notatum 4tum

## DEDICATIO ECCLESIÆ.

Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis, & Propriæ eodem die occurrente, præferenda est Dedicatio propriæ Ecclesiæ, & Cathedralis transferenda est in diem proximam non impeditam Festo 9. lectionum. Gav: Tom: 2. Cap: 5. N. 6.

Dedicationem Ecclesiæ si contingat Celebrari in aliqua Ecclesia in illa Dominica in qua Cadit Octava Epiphaniæ, debet Officium Dedicationis transferri ulterius ad diem non impeditam Festo 9. lectionum. Concio tamen de Dedicatione habeatur, & una Missa vulgo Summa cantetur de Dedicatione.

Dedicationis Ecclesiæ Festo præferendum est Festum S. Joannis Baptistæ, & habere debet integras secundas Vesperas S. R. C. 1. Aug: 1680.

Dedicationis Ecclesiæ Octavâ, præferenda est tanquam dignior Octava omnium Sanctorum, cum sola Commemoratione Dedicationis, quamvis Dedicatio sit Festum Domini.

Dedicationis Octavâ occurente cum Festo Visitationis B.V.M. faciendum est officium de Octava, translato Officio Visitationis S. R.C. 21. Aug: 1688.

Episcopus Consecrans Ecclesiam si aliam anniversarii eius diem velit assignare, non eam in qua Ecclesiam Consecravit, debet statim ipsa Consecrationis die assignare, non post S. R. C. 19. Febru: 1587.

Dedicationis Ecclesiæ in die octava semper sunt repetendæ Lectiones pro Primo Nocturno, quæ iam fuerunt lectæ in primo Nocturno Officii de ipsomet Festo Dedicationis iuxta Rubrum Breviarij S. R. C. 5. Maii 1736.

Jn Dedicatione propriæ Ecllesiæ infigendæ sunt 12. Candelæ, an-

te 12. Cruces in parietibus Templi depictas, ac in Consecratione sacro Chrismate ab Episcopo inunctas, hæ candelæ ad Vesperas & ad Missam accendantur, in memoriam quod 12. Apostoli, luce Evangelica mundum illustrarunt, vel ad significandum Fideles per gratiam Dei cælum obtenturos, quod est Civitas 12. Portarum.

Apponendum etiam Summo Templi vexillum, in signum Idololatriæ debellatæ, seu ad indicandū Fideles sub Christi vexillo manere.

# Dies Dominica.

1mo

Animadvertendum est Veneratione Celebranda sit dies Dominica, quam Apostoli vocabant: *diem Dominicam ap* 1. *Regem, & Ducem omnium dierum S. Ignat: Diem Panis & Lucis S. Ep.* Christo: *Diem remissionis* Conc: Carthag: IV. Can: 8. *Diem Sanctum.* Alcuinus.

2do

Constat enim ex synodo 6ta Cap: 8. Alcuinus loco Citato, quod hac die in principio mundi creati sunt Angeli, & quatuor mundi elementa. Manna primo fluxit. Dominus Noster Jesus Christus Natus est, & Circumcisus, hac die stella Magis apparuit, baptisatus est Christus Dominus in Jordane, quinque panibus quinque millia hominum saturavit, postmodum hac, die resu rexit Domini hac die spiritus S. in Apostolos descendit: *Gavant: in Rubr: Mis:* p. 4. tit: 12. n. 21. ex synodi S. Aug: Pap: Ep: 81. c. 1. ser: 251. de Temp: & S. Leo.

3tio.

Dominica prima post Pascha, vocatur Dominica *Conductus*, quia sumus quasi conducti, & traducti per mare Passionis, & sangvinis Christi Domini ad terram promissionis, nempè regni Cælestis vocatur Dominica *in Albis* quia *ut S. Aug: ser:* 1. *in Octava Paschæ scribit* antea Neobaptisati Christiani a Sabatho Magno, usq; inhanc

Domi-

Dominicam albis vestibus induti incedebant, & hac Dominica eas deponebant, Ex eadem ratione hæcce Dominica appellatur ab Introitu *Missæ Quasi modo geniti* Quia in Missa est Introitus ex Epist: 1. Petri 2. ℣. 2. *Quasi modo geniti infantes.*

*Dominica 5ta post Pascha,*

*1ma.*

Dominica hæc vocatur *Rogationum vulgo krzyżowa* eo quod cum Crucibus & vexillis exibant olim in Campos & agros tempore Processionum, & Litaniis cum orationibus publice sub dio cantabat populus in Primitiva Ecclesia ( prout & nunc in nonnullis locis hæc laudabilis viget devotio circa benedictionem agrorum a Parochis, utinam ubiq; hic mos introducatur laudabilis ) precando Deum ut benedicat fructus terræ, ante ascensionem Domini *S. Aug: Ser:* 173. *de temp: & Conc: aurel:* ( 20. *Dist:* 3. *Can: Rogationes*

*2do.*

Quoniam hac in Dominica legitur Evangelium: *Petite & accipietis &c, Et quidquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* Institutæ sunt a S. Gregorio Papa supplicationes pro remissione peccatorum, pro Pace, pro avertenda pestilentia, pro Conservatione frugum terræ & aliis necessitatibus. Ordo Romanus. Videant AA. RR. Rectores Ecclesiarum hoc in Agenda, & perlegant diligenter, ubi sat fuse scribitur, a quo sunt Litaniæ in Festo S. Marci, & a quo in diebus Rogationum, & ob quas Causas institutæ unde rescient quod strictam habent obligationem populum sibi commissum Commonere & compellere ut his diebus conveniat ad Ecclesiam, & sit in Processione, exorando Divinam Majestatem per intercessionem B.V.M. & suffragia sanctorum, ut avertat quæq; mala, & in omni prosperitate benedicat.

*3tio.*

Leguntur in quatuor locis Evangelia, ut Deus virtute verbi sui, in prædictis promissionibus suis omnibus agris benedicere dignetur, per intercessionem SS. Evangelistarum.

4to.

Est etiam & hæc prædictarum Processionum ratio, quia post dies Rogationum Christus ascendit in Cælum, ut igitur pro nobis Deum Patrem oret, ut ait S. Paulus, iustum est ut hoc ab illo postulemus per intercessionem Sanctorum.

5to.

Cibis Quadragesimalibus his diebus tribus utendum esse iussit Conc: Aurelianse ut Gavant: refert: *Certe dies abstinentiæ sunt non lætitiæ.* Ordo Romanus. Amalarus autem lib: 1. C. 32. negat esse ieiunandum, & probat ex Patribus. Jn Ecclesiis autem occidentalibus fieri ieiunium docet *Rabanus lib*: 2. C. 40. quod Ambrosiani observant, translatis Rogationibus post ascensionem ne præsente sponso ieiunent, iuxta illud: *Auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.* Sed congrue sub Dominica hac celebrantur, in qua invitamur ad orandum. *Petite & accipietis*

6to.

Hæc Dominica vocatur *Exaudi* a Cantico ex Psalmo 27, *Exaudi Domine vocem meam.* Denominationes harum omnium Dominicarum exprimuntur, per primam literam huius versus.

*Quem mea iusserunt Cantica, victor erit.*

Ante Dominicam Pentecostes scilicet in Sabbatho urget præceptum ieiunandi, fusè probat Gavantus & Merati, ubi de hac Vigilia agunt. Jn hac Vigilia habetur Benedictio Fontis & Baptismus Ordo Rom: Et hoc fit dicta nonâ, quia in eadem hora Cornelius a S. Petro baptisatus fuit. Amalarus lib: 4. C. 18. & quia eâdem horâ Christus Dominus expiravit, Baptismus enim significat mortem Christi & sepulturam eiusdem, ut habetur ad Rom: 6. unde Adventus Spiritus S. vocatur a Christo Baptismus: *Baptisabimini (in quit) Spiritu Sancto non post multos hos dies Act*: 1. Et Apostolis baptisatis Spiritu Sancto baptisaverunt in die Pentecostes tria millia hominum, quare merito sub tempus Pentecoste Baptismus Solemniter Celebratur. Duo

Duo Sabbatha tantum Paschatis & Pentecoſtes Baptiſmate Solemni coluntur. Ex Leonis Epiſt: 4. C. 5. & Diſt: 4. de Conſecr: Jmo ex Syricio eadem diſtinct: Nimirum ut primum ſit Filii, alterum ſpiritus ſancti ne videatur differentia inter Filium & Spiritum Sanctum quorum eſt æquè mundare animas a peccato. *Ait Rabanus* lib: 2. C. 41.

*Dominica Pentecoſtes.*

1mo.

Pentecoſtes vulgo *Zielone ſwiątki* ex vi vocis Græcæ quinque decem, hoc eſt *quinquaginta* appellatur S. Clemens lib: Conſt: c. 21. a Durando vocatur *Quinquageſimus*. A S. Auguſtino Epiſt: ad Januarium vocatur: *Figura quietis*. Numeratur ab ipso die Paschatis, ideſt a 2da die azymorum in qua meti poterat faſciculus ſpicarum offerendus eadem die Dominica, ut habetur Deut 16. Bellarm: lib: 3. de Cultu SS. Cap. 13. Hac etiam die Chriſtus reſurrexit. Jnde ergo numeratis quinquaginta diebus, eodem die quo Pentecoſten Celebrabant Hæbrei, deſcendit Spiritus Sanctus in Apoſtolos & in Centum viginti diſcipulos, quos figurabat ætas Moyſis, qui vixit Centum viginti Annos ut ait Rabanus lib: 2. C. 41. Et ſicut quinquageſimus Annus apud Judeos erat Jubileus, ita quinquageſimums hic dies fuit Jubilæus Chriſti diſcipulis, & dies iubilationis. *Ordo Romanus.*

2do.

Jn veteri teſtamento figura huius Feſtivitatis, erat dies ille, quo Moyses in monte Sinai Comitante igne, fulminibus, & tonitru recipiebat legem veterem, nam in Pentecoſte novæ gratiæ Lex in Cordibus Apoſtolorum per Spiritum Sanctum exculpta eſt.

3tio.

Septem vero hebdomadæ quæ præcedunt ſeptem dies qui ſequuntur, ſeptiformem S. Spiritus deſignant gratiam. *Ex Honorio in Gemma lib: 3. Beda, & Alcuina de ſeptem diebus.*

4to.

4to.

Jn Dominica scilicet finitâ Octavâ Pentecostes, Festum SSmæ Trinitatis, tradit: & docet *S. Rupertus lib:* 11. *C.* 1. eo quod post adventum Spiritus Sancti, cæpit statim prædicari, & Credi Mysterium SS. Trinitatis, in Cuius nomine dabatur Baptismus. Tandem testatur *Radulphus p.* 16. a S. Romana Ecclesia indictum fuisse tale Festum, & Communiter Celebratum. *Durandus* huius rationem addit: Quia natalis Domini, fuit Festum Patris, cui natus est Filius, Pascha, fuit Festum Filii, Pentecostes, Spiritus Sancti, Celebratur ergo statim Trium simul Personarum Festum SS. Trinitatis Dicitur Auctor Festi SS. Trinitatis Gregorius IV. *ab Auctore ligni vitæ lib:* 5. *Pisanella* autem facit Auctorem XXII. Joannem Papam.

## Notatum *5tum.*

### *EDICTA SUMMORUM PONTIFICUM & DIÆCESANA DE JNDULGENTIIS.*

Adiungitur monitio quod quando apponitur Clausula in Edictis sive Brevibus Jndulgentiarum hæc scilicet: Volumus autem ut si alias Christi Fidelibus dictam Ecclesiam Visitantibus, aliqua Jndulgentia perpetua, vel ad tempus non dum elapsum duratura, Concessa fuerit, præsentes Literæ nullæ sint, non Comprehendit Altaria privilegiata pro Defunctis S. R. C. die 23. Junii 1676.

Lubo w Roku 1776. wydany iest Zbior Odpustow wiecznych od Oycow SS. aż do Klemensa XIV. nadanych y rozszerzonych, ale ze niedokażdego a podobno y do niewielu doyść mogła ta Książeczka, więc zdało mi się w Panu BOGU też same Odpusty położyć, y dla lepszey pamięci czytaiącym ten zbior krotki wyrażić ich, iak są w tey Książeczce opisane, y przyięte od Zwierzchności, a od niey Jchmościom XX. Pasterzom aby swym owieczkom przypominali często te Odpusty obowięzuiąc ich Sumnienie mocno zalecone, iako widzieć można znastępuiącego Edyktu, czyli wskazu y Wyroku FRAN-

# FRANCISCUS
de
*Potkania*
# POTKANSKI

Dei & Apostolicæ sedis Gratia, Episcopus Patarensis, Suffraganeus, Canonicus, Vicarius in spiritualibus, & Officialis Generalis Cracoviensis.

Universo Clero Sæculari & Regulari, Omnibus Christi Fidelibus Diœcesis Cracoviensis significamus, Quia nos præinsertas Apostolicas Jndulgentias, Authoritate Ordinaria recognitas, admissas, *& mediante Processu sedis Ordinariæ die* 15. *Maij* 1754. *emanato* publicatas, successive alias ab eadem sede Apostolica, elargitas, a nobis pariter recognitas & admissas. Jterum Typis imprimi, publicari, & ad omnes Ecclesias Diœcesis solita praxi transmitti, mandamus. Hortantes salubriter in Domino, *AA. RR.* Curatos Ecclesiarum, Rectores, Commendarios, animarum gerentes, quatenus summum studium in eo ponant, ut Fidelis Populus eiusmodi Gratias sedis Apostolicæ agnoscat, percipiat, & Credat. *Sed quodmodo Credent, quod non audierunt? quomodo autem audient sine Prædicante?* Proinde ut singulis annis tribus vicibus. 1*mo* Diebus Dominicis S. Quadragesimæ. 2*do* Diebus S. Pentecoste. 3*tio*. Diebus Dominicis Adventûs Domini, præexpressas Jndulgentias Fideli Populo ad Divina Audienda Congregato annunciare & ad intelligentiam explicare, eundemque Populum in his salubriter erudire, & ad thesaurisandum hunc Cælestem thesaurum, lucrandasq; præmissas Jndulgentias excitare sollicitè curent, sub ligamine Conscientiæ iisdem præcipimus. *Ad* quem effectum Exemplaria hæc, circa Ecclesias suas Conservari, Visitatoribusq; toties quoties & exhiberi decernimus. Datum Cracoviæ 1775. 18. Martij.

F. Potkański Suf: Off: Crac: *mpp.*

*ODPU*

## ODPUSTOW WIECZYSTYCH OPISANIE.

1mo

Ktorzyby witaiąc się wzaiem mowili: *Niech będzie pochwalony JEZUS Chrystus* y odpowiadaiąc *Nawieki* albo *Amen* Odpustu dni pięćdziesiąt. Wzywaiącym nabożnie Jmienia Nayś: JEZUS, albo MARYA dni 25. Przy zgonie życia, ktoby niemogł usty, przynaymniey sercem Nayś: Jmie JEZUS wzywał, Odpust zupełny, Kaznodzieiom ktorzy by nauczali, y wierny lud wzbudzali, do pobożnego wzywania Nayś: Jmienia *JEZUSA* y *MARYI*. Też odpusty są nadane.

*Edictum de his Jndulgentiis SS. Pontificum,*

Alias Sæ memoriæ Sixtus V. & Benedictus XIII. universis Christi Fidelibus, qui se invicem Salutantes dixerint sio Lodato JESU Christo, & respondentibus Amen, aut in sæcula, sive Jtalico sive Latino, vel quocunq; alio idiomate id expresserint: quoties id egerint Jndulgentiam quinquaginta dierum, illis qui SSmum Nomen JESUS, aut MARIÆ devotè invocaverint, indulgentiam Viginti quinque dierum Concesserunt. Jis vero qui prælata agere Consueverint, in articulo mortis Constituti, & ore, vel si non potuerint, Corde SSmum Nomen JESUS invocaverint, insuper plenariam Jndulgentiam adiecerunt. Easdem Jndulgentias tribuerunt Prædicatoribus, qui inter prædicandum Auditores hortati fuerint, ut modo supra ex posito SSmum Nomen JESUS & MARIÆ devotè invocent, Cæterisq; omnibus qui hanc salutationis formam usui esse curaverint.

*Recitantibus tandem Litanias SSmæ Virginis MARIÆ biscentum dies Jndulgentiæ elargiti sunt.*

Cum autem SSmo Domino Nostro Clementi Pape XIII. humillimè supplicatum fuerit, ut omnes & singulas Jndulgentias supra memoratas Confirmare dignaretur, sanctitas sua precibus benignè annuens, easdem Jndulgentias Apostolica authoritate Confirmavit. Datum die 5. 7bris 1759.

Fr:

Fr: J. Card: Protocarrero Præfectus.
*Loco † Sigilli.*
A. E. Vice Comes Sac: Congr: Jndulgentiarum Secretarius.
*Reimprimatur.*
Franciscus Potkańſki Suffr: Offic: Generalis Cracovienſis.
*2do*

Odprawuiącym modlitwy rano, w południe, w wieczor: *Anioł Pańſki* 3. Zdrowaś Maria klęcząc, w Niedziele zaś całego roku, wdni Wielkanocne do Niedzieli Troycy Przenayś: ſtoiąc albo zamiaſt Anioł Pańſki, wteż dni Wielkanocne, *Regina Cæli lætare* cum ℣. Gaude & lætare, cum oratione propria, Codzień ſto dni, a raz w mieſiąc. Odpuſt Zupełny.

*Edictum Benedicti XIII.*
Jn Polonicum idioma transversum & impreſſum.
*Na wieczną Pamiątkę.*

Włożoney od nas na Pana Boga Apoſtolſkiey uſługi Funkcya wyciąga, abyśmy niebieſkich darow ſkarbami do ręku naszych powierzonemi wiernie ſzafowali, tam gdzie ku pomnożeniu Czci Nayś: y Nayiaśnieyszey Nieba Krolowy, Boga Rodzice MARYI Panny, Pośredniczki naſzey, y ku wzbudzeniu ku niey wſzyſtkich wiernych nabożeńſtwa, a ku zbawieniu dusz, baczemy tego potrzebę y pożytek. Przeto w miłoſierdziu Wſzechmocnego Boga, y Błogosławionych Piotra y Pawła Apoſtołow Jego Powadze ufaiąc, wſzyſtkim w powſzechności, y wſzczegulności wiernym Chryſtusowym, ktorzy z prawdziwą ſkruchą ſpowiedź ſwiętą odprawiwszy, y Nayś: Kommunią przyiąwſzy, rano w południe, y nawieczor za uderzeniem we dzwon Kościelny. Anioł Pańſki zwiaſtował Pannie Maryi, y poczęła z Ducha Swiętego. Oto ia ſłużebnica Pańſka niech mi ſię ſtanie według ſłowa Twego: A Słowo ſtało ſię ciałem, y mieszkało miedzy nami, przydaiąc trzy Zdrowaś Marya, klęcząc nakolana nabożnie zmowią, y za zgodę Panow Chrześciańſkich, wykorzenienie herezyi, zapodwyższenie

Kościoła S. Katolickiego gorąco do P. Boga modlić się będą. Miłościwie w tymże P. Bogu pozwalamy y aby wieden dzień kadego miesiąca; ktory sobie każdy według upodobania swego obierze, zupełnego grzechow swoich odpustu dostąpili. Winne zaś dni roku, ile razy toż samo ktory zwiernych skruszonym sercem uczyni, sto dni Odpustu zasłużonego przez grzechy Karania, według obrządkow Kościoła Bożego, każdemu naznaczamy; Co trwać ma na wieczne czasy. Chcemy zaś aby ninieyszego Listu naszego Exemplarzom choć by też drukowanym, ręką ktoregokolwiek Pisarza Autentycznego podpisanym, y pieczęci Osoby iakiey na Godności Kościelney postanowioney stwierdzonym, taka zewszystkim na każdym mieyscu wiara była dana, iaką List nasz ninieyszy mieć powinien, gdyby w Oryginale swoim był pokazany. Dan w Rzymie u Panny MARYI. Większey, pod znakiem Rybołowa, dnia 14. Września Roku 1784. Papieztwa naszego Roku pierwszego. F. Kardynał Oliverius.

*De eadem Oratione Angelica: Angelus Domini. & Regina Cæli tempore Paschali.*

Fr. Joannes Antonius Tituli SS. Silvestri, & Martini de montibus S. R. E. Cardinalis Gvadani SSmi Domini Nostri.

BENEDICTI PAPÆ XIV.

*Vicarius Generalis.*

Sanctitas Domini Nostri semper intenta ad excitandos & stimulandos Fideles, quatenus recurrant ad Dominum pro obtinendis suis Cælestibus Benedictionibus, volendo tollere difformitatem, quæ intervenit in istis publicis Precationibus quæ fiunt ad sonum Campanæ, mane, meridie, vespere quando recitatur solita Oratio: *Angelus Domini* &c. cum illa tria Ave MARIA &c. Confirmat in primis Indulgentias Concessas olim a S. Mem: Benedicto XIII. videlicet Indulgentiam Plenariam. & remissionem peccatorum universaliter ac in perpetuum omnibus quicunq; verè Contriti, Confessi, & sacra Communione refecti, uno aliquo die Cuiuslibet mensis,

ſis, qui illis placuerit, recitaverint prout ſupradictam Orationem, & in aliis diebus Anni Jndulgentiam Centum dierum toties quoties recitaverint, pariter in perpetuum. Et inhærendo dispoſitionibus Rubri, ordinat, quatenus præfata oratio a vesperis cuiuslibet ſabathi, & integro die Dominico ſequente ſtando recitetur. Ordinat præterea ut durante tempore Paschali, quod ante Vesperas Dominicæ Trinitatis finitur, loco præfatæ orationis recitetur ſtando: Antiphona: Regina Cæli, cum ſuo versu & oratione eidem Correſpondente: Deus qui per resurrectionem &c. pro cuius recitatione concedit pariter benigne ſua ſanctitas easdem indulgentias, ut ſupra exhortando urgentiſſime omnes Fideles, ad non negligendum præfatum ſpirituale lucrum. Jlli vero qui neſciverint memoriter præfatam *Antiphonam*, lucrabuntur easdem Jndulgentias recitando *Angelus Domini* &c. ut ſupra. Dat: Romæ in noſtra Consveta Reſidentia. D. 20. Apr: 1748.

Fr. J. A. Cardinalis Vicarius.

*3tio.*

Gdy w wieczor dzwonią za zmarłych wiernych, mòwiąc Psalm *Deprofundis*, albo Pacierz ieden y Pozdrowienie, y oddaiąc. *Dusze* wiernych zmarłych przez miłoſierdzie Boże, niech odpoczywaią wpokoiu Amen, ſto dui Odpuſtu, y raz wrok zupełny.

*Edictum de hac Jndulgentia Summi Pontificis.*
*Papa. Clemens XII.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Cæleſtes Eccleſiæ thesauros, quorum dispensationem Commiſit nobis Deus, ad Chriſti Fidelium pietatem fovendam, atq; augendam, & animarum ſalutem promovendam, libenter erogamur. Jtaq; de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, eius Authoritate Confiſi, omnibus & ſingulis utriusq; ſexus Chriſti Fidelibus, qui ſub horam noctis, ad pulsum Campanæ Psalmum *Deprofundis &c.* vel ſemel Orationem Dominicam & ſalutationem Angelicam cum verſiculo: *Requiem æternam lona*

*eis &c.* in suffragium animarum Christi Fidelium Defunctorum, flexis genibus recitaverint devote, quo die id egerint, centum dies de iniunctis, eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ Consveta, relaxamus. Jnsuper eisdem Christi Fidelibus vere pœnitentibus, & Confessis, ac sacra Communione refectis, qui per Annum præmissa peregerint, ac pro Christianorum Principum Concordia, Hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam in uno die Cuiuslibet anni, duntaxat per unum quemq; Christi Fidelem, ad sui libitum eligendo lucri faciendam, omnium peccatorum suorum Jndulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino Concedimus, & elargimur. Præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii Publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate Constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubiq; locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub annulo piscatoris. Die 14. Aug: 1730. Pontificatus nostri Ao 7. Fr. Cardinalis Oliverius.

4*to*.

Wkażdy Piatek ogodzinie trzeciey po południu, gdy dzwonią *pro agonia Christi* (choć byś dla odległości mieysca dzwonienia nieſłyszał, miarkuiąc Czas godziny trzeciey po południu, wczeniey lub nieryschley) pięć Pacierzy, pięć Zdrowaś Maria, y wierzę Boga zmowił klęcząc, sto dni odpustu dostąpił byś.

*Edictum de hac Jndulgentia Summi Pontificis*
*BENEDICTUS PAPA XIV.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad Passionis, & agoniæ Redemptoris, & Domini nostri JESU Christi, unde nobis vita, salus, & Resurrectio manavit, memoriam in omnium Christi Fidelium animis excitandam, atq; fovendam, Cælestibus Ecclesiæ thesauris, quorum dispensationem credidit nobis

bis Altissimus, omnibus, & singulis Christi Fidelibus, qui singulis feriis sextis totius Anni, hora tertia post meridiem, ad sonum Campanæ Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, & Parochialium ( quarum Parochis, Rectoribus, aliisq; quocunq; nomine appellatis superioribus, ut Campanam unius cuiusq; Ecclesiæ huius modi pulsari faciant, iniungimus, & in virtute Sæ obedientiæ mandamus ) flexis genibus *Quinquies Orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam* devote recitaverint, & oraverint, ac pro Christianorum Principum Concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, nec non salutari perditorum hominum emendatione, pias ad Deum preces effuderint, Centum dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pænitentiis, in forma Ecclesiæ Consveta relaxamus. Volumus autem ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam immpressis, manu alicuius Notarii Publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate Constitutæ munitis, eadem fides prorsus habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam maiorem, sub annulo Piscatoris: 13. *Xbris* 1740. Pontificatus nostri Anno Primo. D. Cardinalis Passioneus

5to.

Dla uczących, y bywaiących na nauce o Rozmyslaniu, y cwiczących się wnim, siedm lat Odpustu, y tyleż Quadragen, to iest dni dwieście ośmdziesiąt. A w miesiąc Odpust Zupełny przy spowiedzi, y Kommunii zapplikacyą duszom w Czyscu Dla odprawuiacych przynaymniey przez kwadrans codzień rozmyslanie. *W Miesiąc* Odpust Zupełny przy spowiedzi y Kommunii, wraz zapplikacyą duszom wczyscu. To zaś rozmyslanie czyli to publicznie wkościele, przez lud na to zgromadzony odprawowane ma bydź, czyli w własnym domu, gospodarz przed obrazem pobożnie z szedszy się z wszystką czeladzią poklęknąwszy odprawi, dostąpi Odpustu iako wyżey.

Edictum

*Edictum de hac Indulgentia transversum in Polonicum nostrum idioma.*

BENEDYKT PAPIEZ XIV.

Jako nic ſprosobnieyszego, pomocnieyszego y potrzebnieyszego nie ieſt ludziom od poufałey z Bogiem ſpołeczności oderwanym, y oddalonym, do poięcia oświecenia Boſkiego, do nabycia zbawienia, y do ścisłego ſię złączenia z Bogiem nad modlitwe, przez ktorą dusza dźwiga ſię odziemi do nieba, Dobr niebieſkich ſzuka, rzeczy niewidomych pragnie, łączy ſię z Duchem ſwiętym y rozmawia z Bogiem, *tak żeby ſpuſtoszeniem niespuſtoszała ziemia, dlatego że niemasz takiego, ktoryby ſię rozmyslaniem, albo wewnętrzną modlitwą bawił.* Wszyſtkich wobec, y każdemu zosobna zbawiennie napominać, y wzbudząc do tego należy, iż ſię modlić zawsze trzeba, y nigdy w modlitwie nieuſtawać, aby kiedy wewszyſtkich ſprawach, y nabożeńſtwach naszych znależytym dziekczynieniem prożby nasze oświadczać będziemy P. Bogu: *Ten ktory ieſt bogaty dla wszyſtkich ſiebie wzywaiących,* ani prożbami naszemi niegardził, ani ſwego od nas nieoddalał miłoſierdzia, Dlatego Przodkowie nasi Biſkupi Rzymscy, od Boga poſtanowieni, żeby wiernych Chryſtusowych do modlitwy czy to uſty, Czyli ſłowy, czyli ſercem y myślą, chęć y nieuſtanne wniey cwiczenie wzbudzili, onych iużto gorliwie pobudzać, iuż niebieſkich ſkarbow darami, ktorych im Bog do ſzafowania powierzył, zechęcać ſtarali ſię, kiedy od puſtami, oſwobodzeniem zgrzęchow, y od naznaczoney im iakimkolwiek ſposobem należącey pokuty, uwolnieniem obdarowali, tych ktorzy ſię albo uſtnie modlili; albo przez iaki pewny czas codziennie Prawa y Przykazania Boſkie rozpamiętywali. My zaś chwalebnemi tychże Przodkow naszych Przykładami wzruszeni, nietylko wszyſtkie ſpołem, y każde zosobna Odpuſty, zgrzechow oſwobodzenia, y od pokuty uwolnienia przez tychże przodkow naszych, ktorekolwiek uſtne czyniącym modlitwy ( byleby nigdy znieſione niebyły ) lub iakież kol-

wiek

wiek nabożeństo odprawuiącym iakimkolwiek sposobem, czyli to do Czasu, czy nazawsze, aż do dziś dnia nadane, władzą Apostolską, ninieyszym Listem naszym takimże sposobem y kształtem potwierdzamy, y ieżeli tego potrzeba, nanowe pozwalamy: ale też nad to insze, tym osobliwe, ktorży modlitwą wewnetrzną albo rozmyslaniem zabawiać się będą, ( iako niżey ) udzielamy. A nayprzod wszystkim w obec, y każdemu zosobna, ktorzy albo w kościele, albo gdzieindziey, y naktorym kolwiek mieyscu publicznie, lub prywatnie ktorychkolwiek ludzi do modlitwy wewnętrzney, albo rozmyslania nieprzyuczonych iakimkolwiek sposobem modlić się wewnętrznie, albo w Duchu, y rozmyślac naucza, albo natey modlitwie wewnętrzney, albo rozmyslania nauce, ( iako się wyżey namieniło ) bywać będą, byle się tylko szczerze grzechow swoich wyspowiadali, za nie szczerze załowali, y przyięli swiętą Kommunią, ile razy to uczynią, siedm lat, y tyleż kwądragèn, to iest siedm razy po dni Czterdziesci naznaczamy, albo iakokolwiek należytey im do wypłacenia pokuty, zwyczaynym Kościoła Bożego sposobem odpuszczamy; Tym zaś ktorzyby sposobu modlitwy Wewnetrzney, albo rozmyslania uauczali, iako y tym ktorzyby się tego sposobu uczyli, y w tym się cwiczyli ustawicznie, y podobnym sposobem szczerze żałowali zagrzechy, y swiętą przyięli Kommunią, za zgodę Panow Chrześciańskich, y wykorzenienie herezyi, y podwyższenia Kościoła S. pobożnie do Boga modlili się, raz w Miesiąc według kazdego upodobania, zupełnego wszystkich grzechow Odpustu, ktory duszom wiernych w łasce Bożey z tego swiata zeszłym na ratunek applikować mogą, miłościwie w Panu Bogu pozwalamy. Nad to wszystkim ktorzy przez pułgodziny bez przerwania, albo przynaymniey przez kwadrans każdego dnia przez cały miesiąc modlitwę wewnętrzną, albo rozmyslanie czynic będą, y szczerze się grzechow swoich wyspowiadaią, święta przyimą Kommunią, y za zgodę Panow Chrześciańskich, wykorzenienie herezyi y Podwyższenie Kościoła S. pobożnie się do P. Boga mo-

dlić

dlić będą, zupełnego raz wkażdy mieſiąc w ſzyſtkich grzechow Odpuſtu ktory także naratunek duszom w czyscu zoſtaiącym applikować mogą, władzą y ſposobem podobnym miłościwie w Panu Bogu pozwalamy. Lubo zaś według Boſkiego Pana naszego Jezusa Chryſtusa przykazania, każdy modlić ſię maiący, żeby niebył na kształt hypokrytow obłudnych widziany, modlić ſię powinien wſkrytości, iednak iż ten Pan powiedział: *gdzie dwu albo trzech zgromadzonych w Imie moie, tam y ia wpośrodku ich* I S. Jan Chryzoſtom powiada: *iż ieſt coś więcey,bydź na modlitwie z Bracią, to ieſt zgoda ziednoczenie ducha, ſpołeczność kochania, y miłości głoś ſzczęśliwym związkiem ſpoiony, zkąd przyſłabsze modlitwy wzaiemnie złączone, większą ſiłą do nieba wzbuaią ſię.* Przeto zbawienna by rzecz była, żeby gdzie to bydź może łatwo y ſposobnie, iako iuż po wielu Diecezyach znayduie ſię, tak we wszyſtkich y każdey zosobna, do zwyczaiu przywodzono było. To ieſt by codziennie zadawaniem znaku przez ſdzwon, czyto w kościele, byle tylko ludzie naiedno mieysce modlitwy zgromadzić ſię mogli, a męszczyzny od płci białey dla roztargnienia y przeszkody odłączeni. y oddaleni byli, albo w własnym domu gospodarz. Otymże albo inszym czeſie przed Obrazem pobożnie zſzedszy ſię z Czeladzią ſwoią wſzyſtką, albo familią, wewnętrzną modlitwę albo rozmyslanie poklęknąwszy odprawiali. Co ſłużyć ma nawieczne potomne Czasy. Dan w Rzymie przy kościele Nayś: Maryi Panny Snieżney pod znakiem Rybołowa. Dnia 16. Grudnia 1746. Papieztwa naszego Roku 7.

6to.

Pobożnie uważnie y zaffektem mowiąc Akty Teologiczne Wiary, Nadziei, y Miłości, za każdym pobożnym mowieniem Odpuſtu ſiedm, lat, y tyleż quadragen. Raż zaś w mieſiąc przy ſpowiedzi y Kommunii, y na godzinę śmierci Odpuſt Zupełny, z applikacyą duszom w Czyscu.

Edictum

*Edictum summi Pontificis declarans Indulgentias actus virtutum Theologicos Fidei, spei, & Charitatis pie & devote recitantibus.*

Animadvertens SSmus D. N. Benedictus PP. XIV. quam utiles quinimo necessarii sint ad æternam salutem Theologicarum virtutum actus, Fidei videlicet spei & charitatis, ut omnes utriusq; sexus Christi Fideles ad illorum exercitium excitaret, audito voto sacræ Congr: Indulgentiis, sacrisq; Reliquiis præpositæ Indulgentias pro iisdem actibus a S. mem: Benedicto XIII. die 15. Januar: Anni 1728. Concessas, benigne confirmavit, Plenariam nimirum cum facultate eam Fidelium Defunctorum animabus applicandi, semel in mense lucrandam, ab iis qui quotidie per mensem præfatos Actus pie & devote & ex Corde peregerint, die nempe ab unoquoq; eligenda, in qua vere pænitentes, Confessi ac sacra Communione refecti, pro Christianorum Principum Concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, ut decet oraverint nec non aliam similem Plenariam in mortis articulo. Ut autem Commissas sibi oves, ad frequentiorem huiusmodi actuum usum alliceret sanctitas sua, Indulgentiam septem annorum, totidemq; quadragenarum cum eadem applicationis facultate, quæ iuxta eiusdem sui prædecessoris Concessionem, semel tantum in die consequi poterat, ad quamlibet antedictorum actuum piam &c. ut supra recitationem clementer extendit. Declaravit in super sanctitas sua, præfatas omnes Indulgentias addictas, minime esse certis determinatis verbis, propterea unumquemq; uti posse in recitatione dictorum actuum, qualibet formula, dummodo in ea singularum virtutum Theologicarum specialia motiva exprimantur. Datum XXVIII. Januar: Anno MDCCLVI.

Fr: J. Card: Portocarrero Præfectus. *Locus † Sigilli*

A. E. Vice Comes Sac: Congr: Indulg: Secret:

Romæ Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1756.

Litanie Loretańskie Nayś: Maryi Panny mowiąc nabożnie dwie-



ście

ście dni Odpustu na uproszenie sobie dobrey smierci videatur in E-
dicto Clementis Papæ XIII. superius folio 24.

8vo.

Hymn wieczney Chwały Boga w Troycy Jedynego, to iest Tri-
sagion, Swięty, Swięty, Swięty, Pan Bog zastępow, Pełne są niebiosa
y Ziemia Chwały Jego. Chwała Oycu, y Synowi y Duchowi Swię-
temu, Jako napoczątku była, y teraz, y zawsze y nawieki wiekow
Amen. Nabożnie mowiącym, albo przynaymniey sercem skru-
szonym Troycę Nayświętszą wzywaiącym, każdego dnia sto dni
Odpustu. W Uroczystość Troycy Nayś: y przez całą oktawę,
także wkażdą Niedzielę roku, trzysta dni odpustu. Te Odpusty
na to Trisagion Swięty, Swięty, Swięty, Klemens XIV. nietylko
zostaiącym w Archi Konfraternii Troycy Nayś: ale wszystkim wier-
nym nadał, y wiecznie rozszerzył. Datum ex Secretaria Sæ Con-
gregat: Jndulgentiarum. 6. Junij 1769.

9no.

Rozszerzenie Odpustu Zupełnego, do wszystkich Kościołow świa-
ta Katolickiego, w ktorymby Kościele w tygodniu Niedziele staro
zapustney *Septuagesimæ*, albo Miesopustney *Sexagesimæ* albo
Zapustney *Quinquagesimæ* albo w każdym tygodniu przez dni trzy,
albo dnia iednego przed Niedzielą Zapustną we Czwartek, Nabo-
żeństwo Czci y adoracyi Nayś: Sakramentu odprawiano. Tam kto-
by przy spowiedzi y Kommunii, przez iaki czas modlił się, y po-
mocy Boskiey wzywał, dla tych ktorzy wtych dniach osobliwie, bez
boiazni Boskiey zdrog przykazań Boskich schodzą, y wniebespie-
czeństwo zbawienia w dawaią się, dostąpi Odpustu zupełnego.

*Edictum de hac extensione Jndulgentiarum*
*horarum quadraginta.*

Cum alias San: Mem: Benedictus XIV. ad frequentes Episcopo-
rum Pontificiæ Ditionis querelas gravioribus abusibus, qui bachana-
liorum tempore irrepserant, opportuno remedio occurrere concu-
piverit, perspexeritq; in aliquibus Ecclesiis salutari Consilio institu-

tam

tam esse SSmi Eucharistiæ Sacramenti expositionem per tres dies sive in hebdomada septuagesimæ sive in altera sexagesimæ, aut Quinquagesimæ ante diem Cinerum ad hoc præcipue ne Fideles tempore tentationis a via Domini recederent, & in prædictis Ecclesiis pie orantes Divina impetrarent auxilia, universas utriusq; sexus Christi Fidelibus confessis, & sacra Communione refectis, qui easdem Ecclesias, in quibus Venerabilis Expositio sive in uno sive in singulis prædictis tridui s' fieret, devote visitarent, Jndulgentiam plenariam misericorditer Concessit, & indulsit; Hinc SSmus Dominus noster Clemens Divina Providentia PP. XIII. sedulo recogitans præfatam Augustisimi Sacramenti Expositionem plurimum hisce diebus profuisse, ac deinceps fore profuturam eandem Plenariam Jndulgentiam, ad quascunq; Catholici orbis Ecclesias, ubicunq; locorum existentes, ubi venerabilis Expositio sive in habdomada septuagesimæ, sive sexagesimæ, aut Quinquagesimæ, sive insingulis prædictis hebdomadis per tres dies, atq; etiamsi tantummodo in feria quinta infra hebdomadam sexagesimæ peragatur, ex uberi Pontificiæ charitatis fonte, benignissime extendit. Datum Romæ ex Secretaria Sæ Congr: Jndulgentiarum die 28. Julii 1765.

X. Card: Antonellus Præfectus S. Borgia

(L. S.) S. Congr: Jndulgent: Secretarius.

## FRANCISCUS
de
*Potkania*
## POTKANSKI

Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Patarensis, Suffraganeus, Canonicus, Vicarius inspiritualibus, & Officialis Generalis Cracoviensis. Universo Clero Sæculari & Regulari omnibus Christi Fidelibus Diæcesis Cracoviensis significamus. Quia nos præinsertas Literas Apostolicas, extensionem Jndulgentiæ Plenariæ ad omnes Ecclesias pro expositione SSmi Eucharistiæ Sacramenti, die-

bus supra descriptis, vel etiam tantum una die feria quinta ante Dominicam Quinquagesimæ, in se continentes, recognitas admisimus, & singulis annis suo debito tempore, eandam Indulgentiam Christi Fidelibus publicandi concessimus, per præsentes. Hinc adtendant Rectores Ecclesiarum tenori huiusmodi Literarum Apostolicarum, quod eadem Indulgentia ne aliis diebus nisi a Dominica Septuagesimæ inclusive, & ad diem Cinerum exclusive sit Concessa. Per tres dies sive Continuos tres dies, sive interpolatos: alias quod potest pro maiori solemnitate ad Concursum populi una die Dominica Septuagesimæ, *2da* Sexagesimæ, *3tia* die Dominica Quinquagesimæ, aut si tantum una die, tunc feria quinta ante Dominicam Quinquagesimæ Expositio SSmi Sacramenti fieri. Ubi in Altari maiori ponatur lumen Copiosum, ut præter lampades, ad minimum duodecim Candelæ puræ ceræ Continuo ardeant. Altareq; SSmi omni decore ad devotionem Commovente adornetur. Exposito SSmo assistant genuflexi Presbyteri, vel unus, aut Clerici, vel pueri superpelliciati. Porro Summum studium eo ponat Parochus ut omni qua decet reverentia, debitoq; Cultu Latriæ SSmum Sacramentum Populus Colat, devotionemq; in Populo Fideli erga hoc SSmum Sacramentum excitari curet, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis eius, mens impletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus datur, nam in hoc magno Pietatis Sacramento salvator noster divitias Divini sui erga homines amoris voluit effundi, memoriam faciens mirabilium suorum. Datum Cracoviæ die 6. *7bris* Anno Domini 1767.

10.

Wielka w Kościele Chrystusowym Katolickim Osmiodniowa Uroczystość Nayś: *CIAŁA CHRYSTUSOWEGO*, iak wielkiemi uprzywileiowana Odpustami. Sequitur.

*Edictum de indulgentiis infra 8vam SSmi Corporis Christi.*

De Festo SSmi Corporis Christi eiusq; prolixis Indulgentiis, singulis Horis & Officiis, quas AA. RR. Curati, vel eorum vicarii,

Fideli

Fideli Populo dignentur anunciare. nam hac esca spiritali, allicietur ad frequentanda Divina Officia, & excitabitur ad maiorem erga SSmum Sacramentum devotionem.

Huius magnæ solemnitatis Causa motiva fuit, magnum miraculum, quod apparuit apud Castrum Vulsinum. Cum enim quidam secerdos de veritate Sacramenti hæsitaret, in confringendo sacram Hostiam, sangvis vivus super Corporale manare cæpit, quo miraculo motus Urbanus IV. Anno 1252. memoriam instituit in Religionis orthodoxæ augmentum Officium S. Thomas Aquinas Composuit, id ipsum Eugenius IV. Confirmavit. Jndulgentias pro hac Magna solemnitate, & eius tota Octava sedes Apostolica. Primum Urbanus IV. Martinus V. Eugenius IV. Clemens V. & alii singulis Horis Concesserunt & assignarunt.

*1mo.* Feria 4. Vigiliâ Corporis Christi ieiunantibus ex devotione & bona voluntate, vel loco ieiunii aliud pium opus inhonorem SSmi Sacramenti facientibus, aut sua peccata maxime mortalia (si quis in eis existit) Confitentibus, aut saltem contritis Corde, conceditur Jndulgentia ducentorum dierum id est remittitur tanta pæna hic vel in purgatorio, quantum ex vi pænitentiæ ducentorum dierum iuxta Canones primitivæ Ecclesiæ *vg* feriis quartis in solo pane & aqua remitti poterat.

*2do.* Jn ipso Festo Corporis Christi interessentibus Matutino, conceditur indulgentia dierum 400. idest remittitur tanta pæna temporalis, quanta remitteretur agendo pænitentiam per dies quadringentos, iuxta Canones Primitivæ Ecclesiæ.

*3tio.* Jn ipso Festo SSmi Corporis Christi interessentibus Missæ sacrificio similiter Jndulgentia 400. dierum.

*4to.* Jnteressentibus *1mis* Vesperis similiter 400. dierum, hoc idem est Concessum, & interessentibus 2dis Vesperis.

*5to.* Jnteressentibus Primæ Horæ Camonicæ, Jndulgentia dierum 160. totidem sunt Jndulgentiæ pro quavis distinctim Hora Tertia, Sexta, Nona, Completorio.

*6to*

*6to.* Si quis demum infra dies Octavæ Corporis Christi prædictis Divinis Officiis adsit, pro quolibet Matutino, pro qualibet auditione *Missæ* sacrificii pro quibuslibet Vesperis Indulgentia conceditur a supra memoratis Summis Pontificibus 200. dierum. Interessentibus vero infra octavam Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Completorio, sigillatim pro quavis Hora Conecditur Indulgentia 80. dierum.

*7mo.* Interessentibus in ipso Festo SSmi Corporis Christi Processioni devote, quisquis illorum assequitur Indulgentiam 200. dierum. Hanc prædictam Indulgentiam 200. dierum, infra Octavam Corporis Christi, toties sigillatim assequitur, quoties Processioni adest.

*8vo.* Sacerdotes omnes qui in ipso Festo SSmi Corporis Christi Missas Celebrant vel infra octavam, toties assequuntur Indulgengentiam 200. dierum, quoties sigillatim Celebrant Missas in iis orando pro Pace Ecclesiæ Sanctæ, Conservatione & augmento eius. Ad extremum ( extra Confraternitatem SSmi Corporis Christi ) ommnes devote Communicantes in solemnitate Corporis Christi assequuntur Indulgentiam 200. dierum.

Hanc prædictam Indulgentiam 200. dierum assequuntur toties; quoties assistunt cum Candelis accensis Venerabili Sacramento dum portatur ad infirmum. Qui vero devote assistunt SSmo Sacramento sine candelis accensis, dum portatur ad infirmum, sigillatim assequuntur Indulgentiam 100. dierum. O quam viri divitiarum hac in parte coram Deo adinveniremur, si hæc observaremus, secus licet modo simus viri divitiarum: si hæc neglexerimus, in hora mortis nostræ in manibus nostris nil adinveniemus.

II.

Wierni Chrystusowi odwiedzaiący Kościoł pod czas odpustu, w ktorymby niebył Nayś: Sakrament wystawiony, Odpustu dostępuią

*Edictum Summi Pontificis declarans has Indulgentias, Venerabili Fratri Episcopo Varmiensi.*

*BENE-*

## BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabilis Frater, salutem & Apostolicam benedictionem. Accepimus in Civitate Vestra frequenter exponi publice Divina Mysteria, & imperitam multitudinem in eo errore versari, ut arbitretur non lucrari Jndulgentias, quæ conceduntur Christi Fidelibus ad Ecclesiam accedentibus, nisi publicæ Venerationi in iisdem sacris diebus Divina Eucharistia proponatur. Tam falsa opinio dissimulari non debet, cum Jndulgentias assequantur illi, qui omni labe expiati, satisfaciunt universis operibus, quæ præscribuntur ab eo, qui sacras Jndulgentias elargitus est quamobrem si minime præcipiatur Fidelibus, ut Sacra Mysteria publice exposita venerentur, apertissime Constat in errorem maximum adduci eos, qui asserunt, Jndulgentias quæ tribuuntur Fidelibus Ecclesiam invisentibus, non comparari, nisi sacrum Eucharistiæ Sacramentum in ipsa adoratione publice exhibeatur. Jn Diæcesi Tullensi ( uti deprehenditur ex Rituali probati viri Cardinalis de Bissy pag: 255. ) Quidam Regulares contenderunt se posse Divina Mysteria publice exponere, licet Episcopi facultas non intercederet, ob eam Causam, quod Jndulgentias ipsorum Ecclesiis Concessas lucrari populus minime posset, nisi cum ad easdem Ecclesias accederet, Divinam Eucharistiam publice expositam adoraret: Jtaq; Cardinalis de Bissy in Rituali quod superius nominavimus, inanem prorsus ipsorum demonstravit, opinionem, eo: quod in illis Jndulgentiis Concedendis indictum non fuerat, ut Fideles pro Jndulgentiis lucrandis, ante sacramentum Eucharistiæ publice expositum preces effunderent.

Porro necessario id requiritur ad Consequendas eas Jndulgentias, quæ Fidelibus Conferuntur, qui Deum precantur in illis Ecclesiis, ubi Divina Mysteria spatio Continuo quadraginta horarum exposita publice sunt. Etenim id omnino præcipitur in hac Jndulgentia concedenda, quæ a quadraginta horis continuis nomen accepit. Etenim veteris disciplinæ severitate remissa, nunc eadem Jndulgentia concedendi intelligitur, etiamsi Sacramentum Euchari-

ſtiæ per horas quadraginta continuas de Cauſis minime proſtet, modo tamen horis diurnis ſemper expoſitum publice relinquatur. De hac re plura tradita ſunt in libro Patris Theodori a Spiritu S. Carmelitæ diſcalceati adhuc ſuperſtitis, qui inter Conſultores Congregationis Indulgentiarum adnumeratur. Tom: 2. Art: 8. §. 2. Hactenus de illorum errore qui ſe carere de Indulgentiis putant, niſi Euchariſtiæ Sacramentum proſtet in Eccleſia licet inter opera perſcripta id minime recenſeatur, nunc ad alia, quæ a nobis poſtulantur reſpondeamus, videlicet an ſacra Euchariſtia, quæ frequentiſſime in iſta Civitate publice exponi ſolet, deinceps adorationi Fidelium rarius exponenda videatur, an etiam Eccleſiæ, an dies, inquibus id permittendum iudicabitur, ab Epiſcopo deſignari debeant. Illud imprimis Certiſimum eſt huic Sedi Apoſtolicæ, inquibuscunq; Eccleſiis etiam Privilegio immunibus, ſive ſæcularibus, ſive Regularibus, non licet exponi publice Divinam Euchariſtiam, niſi Cauſa Publica, & Epiſcopi facultas intervenerint, ſolius autem Epiſcopi partes eſſe, ut Cauſæ Publicæ meritum expendat, ac declaret. Id nos ipſi luculenter oſtendimus in Noſtra Inſtitutione, quam Bononiæ in lucem emiſimus, cum illam Eccleſiam præſentes adminiſtraremus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem die 16. Aprilis 1746. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

## *O ODPUSTACH BRACTWU ROZANCOWEMU NADANYCH OD STOLICY APOSTOLSKIEY ZBIOR PRZYŁĄCZAM.*

*1mo.*

Kto ſię wpiſze w Rożaniec y tego dnia ſpowiada ſię y Komunikuie Odpuſtu zupełnego doſtępuie. Pius V. Klemens VIII. Innocenty XI.

*2do.*

Kto publicznie noſi przy ſobie Pacierze Rozańcowe poświęcone. Odpuſtu ma lat dwieście tyſięcy, y tyleż Kwadragen. Innocenty VIII. Alexander VI. Grzegorz XIII. Kto Rożaniec mowi

otrzymuie

otrzymuie Odpustu lat trzy sta Sześćdziesiąt tysięcy y tylez Kwadragen Innocenty VIII. Alexander VI.

3tio.

Nadto za każde odmowienie Paweł III. Odpust zupełny nadał, y pozwolił, iż iezeli ktokolwiek z Braci y Siostr Rożaniec za zmarłego zmowi, y da Jmie iego w księgi Rożańcowe po śmierci w pisać wybawia duszę onę z Czysca, nadto Odpustu przydał Sixtus IV. lat 15. Benedykt XIII. za każde pozdrowienie dni sto. Kto zaś wkazde Swięto Nayś: Maryi Panny odmowi Trzecią Część Rożańca S. procz odpustow innych otrzymuie lat 10. y tyleż Quadragen.

4to.

Kto zaś w dni w Swięte y powszednie publicznie mowi z innemi w Kościele Rożaniec, nietylko tych wszystkich Odpustow dostępuie, ale nad te lat 50. otrzymuie za każdy raz Adryan VI.

5to.

Ktoby we wszystkie Swięta Nayś: Maryi Panny Taiemnic Rożańcowych, spowiadał się y S. przyiął Kommunią, także na każdą niedzielę Miesieczną pierwszą y drugą, Odpust zupełny Pius V. Grzegorz XIII.

6to.

Ktoby bywał na Wotywach Brackich w kazdą sobote y Niedziele Pierwszą, y drugą miesiąca, wszystkich wzbiorze Rożańcowi pozwolonych Odpustow dostępuie.

7mo.

Do tego za każdą Mszą S. duszę iednę wybawia z Czysca Alexander XI. Paweł III. Kto na Brackiey będzie Processyi, Odpust zupełny Pius IV. Pius V. dodał lat 7. y tyleż Quadragen, kto nawiedzi Kaplicę Rozańcową. Odpust zupełny. Grzegorz XIII. Pius V.

8vo.

Jle razy kto obchodzi stacionalne Ołtarze wkościołach Dominikańskich, tyle razy tych Odpustow dostępuie ktoreby zyskał Kościoły Rzymskie Stacionalne obchodząc, to iest dwa kroć stotysięcy lat, w kazdą zaś niedziele wybawia dusz z Czysca Cztery, y

w każdą ſrodę iednę. Leo X. Klemens VII. Pius V. Jnnocenty XI.

9no.

Kto na Mszach SS. Requialnych bywa Brackich, tysiąc osmset lat odpuſtu doſtępuie.

10.

Kto na anniwersarzu. Odpuſt zupełny. Sixtus IV. Benedykt XIII.

11.

Kto będzie na Antyfonie *Salve Regina* zakażdy raz doſtępuie Odpuſtu lat dwieście, y dni Czterdzieści. Paweł V. kto zaś na Litanii w Sobotę z rana lub po południu będzie, ſto dni Odpuſtu Grzegorz XIII.

12.

Kto Konaiący (lubo by raz tylko w życiu ſwoim mowił Rożaniec) trzyma Swiecę wręku Rożańcową benedykowaną wgodzinę ſmierci, Odpuſt zupełny otrzymuie.

13.

Ktorykolwiek Brat lub Sioſtra bliſkim ſmierci będąc, proſi o absolucyą z Rożańca S. generalną, przez tę absolucyą, przywraca ſię do ſtanu niewinności, iaką na Chrzcie S. odbieramy. Jnnocenty VII. Pius V.

14.

Ktokolwiek z Braci y Sioſtr Rozańcowych iaki dobry uczynek wypełni, otrzymuie zakazdy raz trzyſta dni Odpuſtu. Grzegorz XIII.

15.

Nad te Odpuſty kazdy Chrześcianin w Rożańcowym Bractwie zoſtaiący, ieſt uczeſtnikiem wszyſtkich Przywileiow, Odpuſtow, modlitw, dyscyplin, Mortyfikacyi, Poſtow, zaſlug całego Zakonu Kaznodzieyſkiego.

*Edictum ſive Breve Apoſtolicum Facultatis impertiendi benedictionem cum Plenaria Jndulgentia Fidelibus pro articulo mortis*

*Venerabili Fratri CAIETANO Episcopo Cracovienſi,*

CLEMENS PP: XIII.

Venerabilis Frater Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Erga omnes Chriſti Fideles in maximo inſtantis mortis discrimine, & ni

in durissimâ tantæ necessitatis hora Constitutos, tanto abundantius Romanus Pontifex Cælestes thesauros erogare, traditamq; sibi Divinitus opitulandi potestatem debet exercere, quanto tunc maior premit illos anxia ægritudo, ac pene Conficit acerba tristitia, furentibus undequoq; teterrimis & Calidissimis hostibus, qui leonis instar rugientes adstant, ut devorent, & quorum efferata rabies nisi eorum sangvine, idest æterna animarum ruina expleri non potest: Hinc nos quibus licet immeritis, omnes oves suas Christus in Petro pascendas dedit, ne illis unquam in extremo vitæ mortalis agone aliquid detrimenti Culpâ nostrâ contingere possit, in partem Potestatis & sollicitudinis nostæ cæteros Pastores nuper vocavimus ut sibi Comparatis omnibus Apostolicæ sedis & nostræ Authoritatis subsidiis, maiori atq; uberiori eorum Gregis utilitati prospiciant, facilem ad assequendam æternitatem aditum aperiant, & horribiles hostium impetus comprimant, atq; repellant, Cum itaq; sicut accepimus, Tu, qui Ecclesiæ Cracoviensi præesse dignosceris, benedictionem Apostolicam cum Jndulgentia plenaria in articulo mortis impertiendam ægrotis istarum Civitatis & diæcesis Cracoviensis concedere posse plurimum desideres: Nos animarum Christi Fidelium Tuæ Curæ Commissarum saluti Paterna charitate consulere Cupientes, Fraternitati Tuæ, ut donec Regimini Ecclesiæ Tibi demandatæ præfueris, & quoties in dictis Civitate & Diæcesi Tuis aliquem utriusq; sexus Christi fidelem in mortis articulo Constitutum esse contigerit, si vere pænitens & Confessus ac sacra communione refectus, vel, quatenus id facere nequiverit, saltem Contritus, nomen JESU ore si potuerit, si minus corde devote invocaverit, & mortem tanquam peccati stipendium de manu Domini, patienti atq; alacri animo susceperit, toties per Te ipsum, seu per unum, aut plures Presbyteros probitate morum præditos sæculares, seu Cuiusvis Ordinis & Jnstituti Regulares, a Te ad Tui libitum semel vel pluries, & quandocunq; opus fuerit delegandos, eligendos, et deputandos, & quo ad Moniales, illarum Confessari-

 um

um Ordinarium Apoſtolicam benedictionem Noſtro, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis nomine, cum plenaria omnium peccatorum ſuorum Jndulgentia & remiſſione impertiri libere & licite valeas, facultatem Authoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſervata tamen in omnibus quarundam felic: record: Benedicti PP. XIV. Prædeceſſoris Noſtri ſub Plumbo nonis Aprilis Anno Milleſimo Septingenteſimo Quadrageſimo Septimo expeditarum Literarum forma & diſpoſitione, concedimus, tribuimus, & impertimur. Jn Contrarium facientibus, non obſtantibus quibuscunq; Volumus autem, ut tam Tu, quam Delegati, & eligendi pro impertienda Benedictione, & plenariâ Jndulgentiâ in Articulo mortis huiusmodi Conſtitutis applicandâ, formulam adhibeatis a memorato Benedicto Prædeceſſore indictis ſuis Literis præscriptam tenoris ſequentis, videlicet.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum & terram.

*Antiphona.*

Nereminiscaris Domine delicta Famuli Tui ( vel ancillæ Tuæ ) neq; vindictam ſummas de peccatis eius.

Kyrie eleison, Chriſte eleison Kyrie eleison Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos amalo.

℣. Salvum fac ſervum Tuum, vel Ancillam Tuam.

℟. Deus meus ſperantem in Te.

℣. Domine exaudi Orationem meam.

℟. Et Clamor meus ad Te veniat.

℣. Dominus vobiscum

℟. Et cum ſpiritu Tuo.

*OREMUS.*

Clementiſſime Deus, Pater miſericordiarum, & Deus totius Conſolationis, qui neminem vis perire in Te credentem, atq; ſperantem, ſecundum multitudinem miſerationum Tuarum, reſpice pro-

pitius

pitius Famulum Tuum N. quem Tibi vera fides & spes Christiana Commendant. Visita eum in salutari Tuo & per Unigenti Tui passionem, & mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, & veniam clementer indulge, ut eius anima in hora exitus sui Te Judicem propitiatum inveniat, & in sangvine eiusdem Filii Tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum &c.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus *Confiteor* &c. Sacerdos dicat; *Misereatur tui &c.* deinde.

Dominus Noster JESUS Christus Filius Dei vivi, qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atq; solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat Confessionem tuam, & restituat tibi stolam primam, quam in baptismate recepisti: Et ego facultate mihi ab Apostolica sede tributa, Indulgentiam plenariam & remissionem omnium peccatorum tibi Concedo: In nomine Patris & Filii &c.

Per Sacrosancta humanæ reparationis Mysteria, remittat tibi Omnipotens Deus omnes præsentis, & futuræ vitæ pænas, Paradisi portas aperiat, & ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te Omnipotens Deus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus Amen. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Januar: 1761. Pontificatus nostri, Anno 3tio. Pro Dno Cardinali Passioneo.

Joannes Florinus Substitutus.

ROMÆ MDCCLXIII.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

*CAIETANUS IGNATIUS*

S O Ł T Y K

*Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Cracoviensis Dux Severiæ.*

Universis & singulis Diæcesis nostræ Presbyteris quocumq; ex titulo in Cura animarum laborantibus, significamus quia nos gravibus motivis inclinati, facultatem impertiendi Indulgentiam in Articulo

ticulo mortis, quam alias vigore specialis Rescripti SSmi Domini Nostri, Domini Clementis XIII. feliciter moderni die 21. Januarii 1761. Anno in Personam nostram sub Potestate Subdelegandi emanati, per Edictum nostrum sub die 8va Mensis Martii eodem Anno editum, Admodum Reverendis Præpositis, Parochis, aliisq; in præfato Edicto specifice expressis, cum Certis restrictionibus ibidem Contentis, subdelegavimus & indulsimus, fine: Omnibus Christi animabus Curæ Nostræ Pastorali Commisis efficacius opitulandi, ampliandam esse duximus, prout quidem re ipsa ampliando per præsentes: eandem facultatem impertiendi in articulo Mortis Benedictionem Pontificiam cum Jndulgentia Plenaria Authoritate Apostolica nobis Delegata, subdelegamus & indulgemus omnibus illis Sacerdotibus generaliter tam sæcularibus, quam Regularibus, qui Fideles Christi utriusq; sexus, & Cuiusvis status ac Conditionis in mortis Articulo, & extremo agone Constitutos, sive administratione alicuius ex tribus Sacramentis, ut pote Pænitentiæ SSmæ Eucharistiæ in forma viatici, aut extremæ Unctionis, sive etiam nullius ex præmissis sacramentis, capaces indurissima transmigrationis hora Colluctantes, pie adiuvant, & in viam æternitatis disponunt, Hortando omnes & singulos, ac sub onere Conscientiæ obstringendo, quatenus quo ad Cætera Conformiter præscripto memorati Rescripti Apostolici, & mentionati Edicti nostri se gerant in omnibus & per omnia. Reservata nobis Potestate modo præmisso Subdelegatos sive omnes, sive aliquos, toties, quoties removendi, subdelegationemq; revocandi &c. Jnquorum fidem Datum Kielciis in Palatio nostro Episcopali Die 18. Mensis Martii A. D. 1765.

## O ODPUSTACH W KROTKOSCI.

Artykuł wiary naszey iest, że w Kościele Chrystusowym, prawdziwie znayduie się wielki, nieoszacowany, y nieprzebrany skarb Odpustow, z zasług Męki y Smierci Pana naszego JEZUSA Chrystusa, ktoremi zadosyć uczynił za grzechy Całego Swiata.

Pomi.

Pominąwszy Pisma Oycow SS. Koncyliow, y Swiętych Historyi, kładzie się nieprzełamane świadectwo S. Zboru Trydentskiego Sessi 25. *Dum potestas Conferri Indulgentias a Christo Ecclesiæ Concessa est* ktory to Zbor Swięty gruntownie y mocno przekonywa wszystkie błędy, y mniemania przeciwne, a każdy wierny w Professyi, toiest w wyznawaniu Wiary S. tak publicznie oświadcza; *Odpustow Swiętych nadawania moc od Chrystusa Pana w Kościele zostawioną, y ich używanie ludowi wiernemu naybardziey Zbawienne twierdzę.* Zanieomylny tedy Artykuł, y Zbory Swięte, y wyznanie wiary Swiętey podaią, że iest y trwać będzie do skończenia swiata, nieprzebrany skarb w Kościele Chrystusowym Swiętych Odpustow.

Wiedzieć trzeba co to iest Odpust? Jubileusz? Pewna rzecz iest; że Odpust nie iest Sakrament, bo niesprawuie łaski *ex opere operato*, lecz w przyimuiącym rozumie bydź łaskę poświęcaiącą. Ani też Odpust iest Kościelną Ceremonią, ponieważ Akcya nie iest Powszechna.

Odpust nic inszego nie iest, tylko odpuszczenie nie grzechu, ale kary grzechowi przyzwoitey, ktore odpuszczenie kary bywa pozwolone oprocz Sakramentu, przez zasługi Chrystusowe: *Indulgentia est remissio pænæ temporalis Deo debitæ, quæ fit extra Sacramentum per applicationem Satisfactionis Christi & Sanctorum.*

Niedlatego zaś do zasług Chrystusa Pana, zasługi SS. Pańskich przyłączamy, aby zasługi Chrystusowe nie miały bydź dostateczne na odpuszczenie nam Karania doczesnego. Zasługi bowiem bowiem Chrystusa Pana wielce są obfite, wielce dostateczne, z agrzechy Całego narodu ludzkiego, Ale dla tego do zasług Chrystusowych przyłączamy zasługi Swiętych Pańskich, żeby y one im zbywaiące, a w skarbie Kościoła złożone były w nas nadgrodzone, przez odpuszczenie Karania doczesnego. Przez to iednak o Swiętych niemoże się mowić aby byli naszemi odkupicielami, bo tylko

sam

ſam Pan JEZUS Chryſtus odkupił nas Krwią ſwoią zniewoli Czartowſkiey; tak wyznaiemy, y nauczać powinniśmy.

Ta Oycow SS. ieſt nauka, ta Kościoła Chryſtusowego ieſt podobnież wktorym ieſt ten Skarb wielki, nieoszacowany, y nieprzebrany Odpuſtow Swiętych. Że ten ſkarb z nieſkończonych zaſług Chryſtusa Pana ieſt złożony, że tego ſkarbu ieſt ſzafarzem Nayższy Biſkup Rzymſki.

Ten to ſkarb nieprzebrany, ktorego gdy użyią wierni, uczeſtnikami P. Boga przyiazni ſtawaią ſię. *Infinitus thesaurus datus eſt hominibus, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Sap.7.* Słuchaycie niebiosa, y uszu nadſtawiay Ziemio! Bog iakoby ſię widział obowiązanym ſtworzeniu ſwemu Boſtwa udzielać, niepoięte ſkarby chwały ſwoiey na nas wysypał. O gdybyśmy to przenikać mogli! co Bog uczynił duszy naszey: *To ani* ięzyk wymowić, ani opisać Kſięgi mogą; ani głęboko w umysle y pamięci wszyſtkich wiernych, doſtatecznie bydź może wyrażono wiele rzeczy tobie nad rozum ludzki są pokazane. O iak dobry ieſt Pan tym, ktorzy są proſtego ſerca. *Psal:72.* Widziała S. Marya Magdalena *de Pazis* na wieczne męki potępionego, y miała obiawienie, że ten człowiek nieszczęśliwy, procz tego że życie złe prowadził, ale y za to na wieczne ognie do piekła ieſt zkazany, że ſobie za nic niemiał, y poważał lekce ſkarb Kościoła S. to ieſt gardził nadanemi Odpuſtami, y wszelkie łaſki ktorych udziela Kościoł S. za nic to bydź twierdził. Nieprzenikaią ci, y niepoymuią tych rzeczy, o ktorych S. Auguſtyn zdanie ſwe wyraził. *Qui vel Cæcitate nesciunt, vel inflatione contemnunt, eheu moriuntur,*

*Edictum pro Parochis obligandis Miſſam diebus Dominicis & Feſtis pro Parochianis celebrare*
*INNOCENTIUS PP. XII.*

Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, emanavit ſuper

quodam

quodam dubio pro parte Venerabilis Patris Episcopi Pictoriensis, & Pratensis, Congregationi huiusmodi proposito Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Pictorien, & Praten. Cum Parochi Ecclesiarum Pictorien: & Praten: inter varias opiniones Doctorum involuti negligant Celebrationem, & respective applicationem sacrificii pro populo, iuxta dispositionem sacrorum Canonum & Concilii Tridentini, Episcopus ad Consulendum nedum propriæ, verum etiam dictorum Parochorum Conscientiæ, supplicat declarari: an dicti Parochi teneantur omnibus diebus Festis applicare sacrificium pro populo sive habeant Congruam sustentationem sive non? die 14. Febr: 1699. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Trident: Interpretum, censuit dandas esse resolutiones, alias hac de re editas, & signanter cuidam Nonantulanæ Eminent: Abbati 30. Aug: 1698. tenoris ut infra. Cum præcepto Divino iis quibus Cura animarum Commissa est, mandatum sit pro ovibus suis sacrificium offerre sæpe alias sacra Congregatio Concilii Censuit Parochos teneri pro Parochianis sacrificium applicare, & præcipue in dubio applicationis sacrificii proposito & resoluto respective 10. Maii 1692. his præcisis verbis Concepto. An Parochus Missam celebrare teneatur, & sacrificium applicare pro Parochianis, in diebus Dominicis & Festis sive habeat Congruam sustentationem sive non? Sacra &c. iuxta alias declarationes censuit; teneri, nec iisdem diebus aliam eleemosinam accipere. Ac proinde idem nunc respondendum esse censuerunt Eminentissimi Patres, quod ad Parochos Nonantulanæ Diæcesis, addentes insuper, quod E. V. pro suo Pastorali zelo detrectantes Parochos Campellere non gravetur, Joannes Cardinalis Sacripantes Præfectus (L. S.)

Cum autem sicut dictus Episcopus nobis subinde exponi fecit ipse Decretum huiusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ Patrocinio communiri plurimum desideret. Nos specialem ipsi Episcopo gratiam facere volentes, & infra Decretum præinsertum Authoritate Apostolica tenore

 nore

nore præsentium approbamus, & Confirmamus, illiq; inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus; salva tamen semper in præmissis Authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decerentes easdem præsentes Literas firmas, validas & efficaces existere, & fore suosq; plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocunq; spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicq; in præmissis per quoscunq; Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quavis Authoritate scienter, vel ignoranter Contigerit attentari. Non obstantibus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 24. Aprilis 1699. Pontificatus nostri Anno 8vo. Quidquid dicant in Contrarium non nulli Theologi moderni morales, blandientes Parochis, illosq; ab hoc onere eximentes, si tenuem habent Congruam sustentationem, & incertam: non sunt audiendi. Nam ista propositio est erronea, & Articulo mature discusso non semel, sed bis, terq, illam reicit sacra Congr: Concilii, Cuius est Concilium Tridentinum interpretari. Unde caveant Parochi a sententiis & opinionibus huiusmodi Probabilistarum. A qua obligatione de Jure non eximuntur Curati amovibiles, neq; Curati Regulares, quia amovibilitas eam non tollit, cum habeant Curam animarum. Unde tempore quo illam exercent, Divino Præcepto obstringuntur, ut pro ovibus eorum Curæ Commissis sacrificium præscriptis diebus applicent. Et hic bene infertur: Quod in Collegiatis Ecclesiis, quibus Cura animarum incumbit, non satisfiat dicto oneri Celebrando duntaxat Missam Conventualem, sed quod debeat celebrari diebus Festis Missa Parochialis pro Populo Ratio evidens est, quia eadem Missa non potest satisfieri pluribus obligationibus distinctis, cum una quæq; obliget ad substantiam Missæ ex proprio titulo. Posses: de stat: hom: tom: 2. quæs: 187. Art: 4. N. 691. & seq: Missa enim

Conven-

Conventualis, quæ est pars Officii Celebratur pro Defunctis Benefactoribus iuxta disposit: Text: Cap: Cum Creatum: de Celebrat: Missæ Et Pignat: Consult: 321. tom: 1. per totum. Missa vero Parochialis pro Populo erit Celebranda, tanquam onus iniunctum ex præcepto Divino omnibus Rectoribus curam animarum habentibus, quæ transferri non potest, alias ut Parochi non residentes possint ubi velint Celebrare has Missas Parochiales.

*Edictum super abusu repudii Conversorum a Judaismo ad Fidem Catholicam SS. Pontificis.*

*BENEDICTUS Episcopus*

Seruus Servorum Dei

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Apostolici ministerii munus nobis licet immerentibus Commissum assidue nos excitat, atq; impellit, ut sollicito studio, ac vigili cura, abusus, pravasq; consvetudines, si quas in Ecclesia Dei, vel hominum infirmitate, vel malitia certo novimus irrepsisse, Pastoralis Providentiæ sollicitudine, compescamus, congruisq; adhibitis remediis, quo citius fieri potest aboleamus. Nuper Nobis quidem relatū est, certisq; probationibus manifesto comprobatum, quod aliqui Hebræorum, qui ad Fidem Christianam conversi uxorem habent renuentem Christianam veritatem amplecti, minime dubitant, postquam eiurata Judaica perfidia sacro lavacro abluti sunt & solemni Professione se ad Christi Fidem adstrinxerint reverti sacrilego ausu: ad Judæorum Castra seu vicum in Ghetto, ibiq; Rabinico [illegible] Judaicis superstitionibus, damnandisq; Observationibus, libellum Repudii uxoribus Concedere, vel etiam extra Judæorum domicilium, Coram Notario testibusq; Christianis, eundem libellum repudii uxoribus dare, ut liberam eis nubendi alteri voto, potestatem faciant. Et paulo infra, Quæ cum ita se habeant, etiamsi repudium toleretur inter Hebræos Coniuges, qui ambo in Judaica perfidia manent, certe ferri ac tolerari nullo modo debet, ut Hebræus ad Fidem Conversus, & sacro Baptismate ablutus, libellum

Repudii uxori, quæ in Hebraica pervicacia permanet, Judaico mõre concedat.

Quamobrem ut in posterum omnia debito ordine & laudabili modo ac ratione fiant, volumus ac decernimus, ut Hebræus ad Fidem Conversus, si uxorem Hebræam habet, eam more solito interpellet, an etiam ipsa converti & cohabitate velit, sine Contumelia Creatoris, renuente autem muliere, liberum ei erit aliud matrimonium Contrahere, iuxta verba B. Pauli Apostoli in Epist: 1. ad Cor: ( 7. Quod si infidelis discedit, discedat, non enim servituti subiectus est Frater, aut soror in huiusmodi, in pace autem vocavit nos Deus. Ut bene iam ante advertit Claræ memoriæ Prædecessor noster Jnnocentius III. in sua Decretali, quæ incipit: *Quando de divortiis*. Quæritur a Theologis &c. infra, sed quidquid de huiusmodi Controversiis quæ inter Theologos & Juris Canonici Professores disceptantur, de quibus nihil nos definire intendimus, singulas illorum sententias eo loco quo sunt relinquentes, cum nostra mens & voluntas nequaquam sit aliquid nunc definire de Matrimonio, quod a muliere Hebræa Contrahitur, posteaquam nolle se Christianæ Fidei nomen dare declaravit. Sed id solum motu proprio ex Certa scientia & plenitudine Potestatis tenore, præsentium volumus, & intendimus, ac iubemus, ut cum aliquis hebræorum Christianam veritatem amplexus fuerit, non prætermittatur interpellatio mulieri more recepto facienda, an velit, nec ne, se ad Christum Convertere, dummodo tamen ex aliqua gravi Causa, vel a nobis vel a Romanis Pontificibus successoribus nostris non censeatur huiusmodi interpellatio omittenda, ut videre licet in nostra Constitutione; Jn suprema data die 16. Janu: Ao MDCCXLV. quæ est CXVII. in Tomo 1. Nostri Bulliarii, imo expresse vetamus, prohibemus, ac interdicimus, ne Conversi quovis tempore, & quovis modo, sive in Judæorum domicillo nempe Ghetto Rabinico Ritu, sive extra coram Notario & testibus Christianis, libellum repudii uxoribus, quæ interpellatæ recusant se Convertere, aut omissa vigore dispensationis eiusmodi interpellatione, quia ex probabili

Coniectura

Coniecturâ creditum est, minime se ad Christum Conversuras, dare, scribere, aut mittere audeant & possint. Et quoniam ut plurimum Contingit, ut leges debitam executionem non Consequantur, nisi sanctio pænalis eas transgredientes accedat, hâc nostrâ valitura in perpetuum Constitutione, motu, scientia, ac potestate pari mandamus, ac præcipimus ut omnia Tribunalia ac Judices Competentes, habita notitia alquem ex hebræis Conversis post susceptum Baptismum, libellum repudii intra ipsum Judæorum domicilium, Rabinicis superstitionibus adhibitis, uxori non Conversæ dedisse, statim eum sine ulla Cunctatione, tanquam in Judaisantem solitis pænis animadvertant, & insuper contra ipsam Judæorum Universitatem in Casu prædicto procedant, manu Regia mulctam ab ea exigentes Centum scutorum aureorum, cuius tertia pars in præmium Accusatori tribuatur, quod vero superest, concessum & addictum, ipso Jure per hanc nostram Constitutionem intelligatur, piæ domui Cathechumenorum in iis Civitatibus in quibus ea reperitur, ubi autem huiusmodi, Cathechumenorum domus non existat, remaneat liberæ dispositioni Episcoporum & Ordinariorum, ut eam pecuniam pauperibus Christianis, pro eorum arbitrio & Conscientia distribuant, Sin autem ad Tribunalium seu Judicum competentium Cognitionem provenerit, quod Conversus libellum repudii extra Judæorum domicilium seu Ghetto, dederit Coram Notario & testibus Christianis, pari modo, cum tanquam Judaisantem debita pæna afficiant, minori tamen 'qua plecti debet, qui intra ipsum Ghetto Rabinis superstitionibus libellum repudii scripserit. Item procedatur Contra Notarium Christianum & dictam Hebræorum universitatem, sine cuius scientia & procuratione huiusmodi damnabilia negotia non transiguntur, & pro rata parte mulctentur Centum scutis aureis, exigendis, distribuendis, applicandisq; ut supradictum est, tum etiam & Testes Christiani pæna Arbitraria, etiam Corporis afflictiva, pro prudenti Judicum arbitrio puniantur. Præterea & si libellus repudii iuxta hebraicum

morem,

morem, at ritum, solum a marito uxori mittatur, non autem permissum sit uxori, ut illum marito præbeat, nihilominus quia nobis Compertum est, esse aliquos qui existimant, etiam a muliere marito dari posse, ut omni infuturum dubitationi ac quæstioni, quæ exoriri potest occurramus, hac nostra Constitutione præsenti volumus, ac declaramus, ut omnia & singula, quæ a nobis superius de marito ad Fidem Converso remanente eius uxore in superstitione Judaica, disposita & statuta sunt, etiam in Casu uxoris ad Christum Conversæ remanente marito in infidelitate, locum omnino habeant, atq; obtineant, & ab omnibus prorsus serventur & Custodiantur.

Non obstantibus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ 1747. Dicimo sexto Kalendas 8bris Pontificatus Nostri Anno VIII. Ex Bullario SSmi Domini fel: record: Benedicti XIV. Tom: 2. pag: 199.

*Edykt na Generalney Kongregacyi S. Rzymskiey, y powszechney Jnqaizycyi mianey w Pałucu Apostolskim Kwirynalnym, wydany we Czwartek Dnia 1. Marca Roku Pańskiego 1770.*

Jn *Missa* de Requiem, sive hæc dicatur pro pluribus, vel pro uno, *Jn Jntroitu, Graduali, Agnus Dei. Requiem æternam dona eis Domine*, Et in fine Missæ: *Requiescant in pace* semper dicitur in numero plurali. Jta Missale Romanum. Merati parte 2. Tit: 11. &c.

Notatur *2do.*

Officii huius ulteriores observationes bene Considerandæ, & memoria retinendæ.

Jn officio Defunctorum dicitur Jnvitatorium. *Regem Cui omnia vivunt.* Jn die Commemorationis OO. Fidelium Defunctorum, Jtem in die obitus seu Depositionis Defuncti, *id est insepultura.* Jn die *3tia, 7ma.* & 30, & in Anniversario Defuncti, intellige *si est dies vere anniversaria Defuncti.* Jtem regulariter quan-

docunq;

docunq; tres Nocturni, Ita Rubrica Breviarii tit: 19. de anniversario, seu de die annua obitus, & si dicatur Unus Nocturnus cum Laudibus, *dicitur Invitatorium.* Jam autem dum dicitur unus Nocturnus ut *in Cathedral: & Collegiatis* in choro ( iuxta præscriptum Rubricellæ ) Item in aliis Ecclesiis extra dies supradictas *vg.* extra diem obitus, & anniversariam &c. non debet tunc dici Invitatorium, sed Absolute ab Antiphona inchoatur Nocturnus. Ita quod ad hoc punctum Merati, Corset, Durandus, Barusfaldi Halden: Antiphonæ autem in Officio Defunctorum duplicantur Indie Depositionis, 3*tia*. 7*ma*. & 30. die ac Aniversario, *hoc est in die vere annua post* obitum. In aliis autem diebus, præter diem vere anniversarium, & si tres Nocturni dicantur, non duplicantur Antiphonæ. *Ita Rubrica Breviarii, & Rituale Rom: Baruffald: & Piersantes apud Meratum.* Tandem Preces: in Officio Defunctorum ut ad Vesperas *Lauda anima*, &ad Laudes *Deprofundis* semper dicuntur & flexis genibus ( & si tres Nocturni dicantur ritu duplici ) præterquam indie Commemorationis OO. F. delium Defunctorum, & indie obitus seu Depositionis. Defunct, Cæteris autẽ diebus (exceptis duntaxat Casibus prædictis) semper & omnino prædicti Psalmi dicantur. Ita S. R. C. 1737. die 3. Aug: Expedit ut hoc Notatum in Ecclesiis adnotetur, ad Calcem Ritualium, ut Rubricæ exactius serventur.

Notatur 3*tio*.

Matutinum Defunctorum pro generali eorum Commemoratione non debet Cantari pridie Vesperi in Festo OO. Sanctorum, sed recitandum est mane die 2*da*. 9*bris* post Laudes diei S. R. C. 23. Maii 1603. Episcopo præsente Concedit S. R. C. posse recitari die 1*mo* 9bris ante horam Completorii in Cathedralibus Ecclesiis.

Notatur 4*to*.

An non obstante Decreto die 1. 7*bris* 1608. alioquocunq; posset quis in Festo OO. Sanctorum post 2*das* Vesperas Vigiliæ Defunctorum una cum Matutino & Laudibus recitare, facereq; fructus

ctus suos, aut án obligetur sub peccato obedire prædicto Præcepto, & 2da 9bris dictum Matutinum Cum Laudibus recitare, faceréq; fructus suos? *Et responsum fuit* Privata Officii Defunctorum recitatio pro illorum generali Commemoratione absolvi licite potest post Vespertinas Horas OO. Sanctorum in Choro autem iuxta Rubricas adimplenda est mane die 2. 9bris, nisi ut Populi Commodius & frequentius illis interesse possint, contraria iam faceret Consvetudo S. R. C. 4. 7br: 1745.

## DE EXEQUIIS SACERDOTUM.

### Notatur 5to.

An in exequiis Defunctorum sacerdotum præsente Corpore, subdiaconus se sistere debeat ad Caput Defuncti sacerdotis, vel ad pedes iuxta opinionem P. *Merati*? Responsum fuit, servetur Rituale Romanum, & in exequiis Defuncti sacerdotis præsente Corpore locetur Crux ad Caput Defuncti inter, feretrum & Altare *S. R. C.* 3 *7bris* 1746. Hoc Decretum spectat, ad Conductum Funebralem, qui videatur in alia parte huius folii.

### Notatur 6to.

Jn exequiis post Absolutionem, quæ fit super Cadaver indie obitus vel supra tumulum in die anniversario dicto ℣. *Requiescant in pace* subiungi debet. *Anima eius, & omnium Fidelium Defunctorum Requiescant in pace.* Sed super lecticam seu Castrum doloris, in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, nihil est super addendum *S. R. C.* 2. *Xbris* 1682.

### Notatur 7mo.

Jn Absolutionibus indie Commemorationis OO. Fidelium Defunctorum, non est dicenda tota Conclusio in Oratione S. R. C. 5. Julii 1698.

### Notatur 8vo.

Quando in Directorio præscribitur. *Die 1ma Mensis, vel feria 2da,* Officium Defunctorum, tantum intelligitur in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis in Choro, Nullus autem privatus extra Chorum tenetur ad illud recitandum, sed potest, si vult lucrari Jndulgentias Concessas in Bulla Pii V.

Nota-

Notatur 9no.

Jn exequiis parvulorum in feria V. & VI. & Sabbatho Magno poteſt omitti *Gloria Patri* in Pſalmis qui dicuntur, pro Conformitate temporis.

Notatur 10.

Animadverſum in nonnullis locis, in ſepultura parvulorum in Officio de duplici Cantari Miſſam de Sanctis Angelis, ac in fine Miſſæ cantari *Veni Creator* hoc fieri non debet, prius namq; eſt Contra Rubricas Miſſalis Romani, poſterius Contra Rubricas Ritualis Romani.

## Conductus Fnnebralis Maior.

Finita Miſſa, ſi facienda eſt Abſolutio, Celebrans retrahit se ad Cornu Epiſtolæ, ubi exuitur Caſulà, & depoſito manipulo, accipit nigrum Pluviale. Subdiaconus defert Crucem & ſiſtit se ad pedes Tumult, ſeu lecticæ mortuorum, Celebrans vero ex altera parte in Capite loci, inter Altare & tumultum aliquantum verſus Cornu Epiſtolæ, ita ut Crucem ſubdiaconi reſpiciat. Jnterim Cantatur ℟. *Libera me Domine*, & Circa illius finem Celebrans ponit incenſum in thuribulum benedicens illud more ſolito, & finito *Kirie eleison*, incipit inteligibili voce: *Pater noſter* & ſecrete proſequitur, accipit aſperſorium de manu Diaconi, & factâ Altari reverentiâ comitante eodem Diacono a dextris circumiens tumulum, aſpergit illum aquâ benedictâ, ter a parte dextra, & ter a ſiniſtra, cum tranſit ante Crucem profunde inclinat. Diaconus vero genuflectit, poltea de manu eiusdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo aſperſerat, in cenſat.

*Ex Rubrica Miſſalis XIII,*

Finitâ Miſſâ, ſacerdos depoſitâ Caſulâ Subdiaconus accipit Crucem, & ſiſtit ſe ad Caput Defuncti cum Cruce, ſacerdos cum Diacono ſiſtit ſe Contra Crucem ad pedes Defuncti. Ex

### Ex Rubrica Ritualis Romani.

Et quo modo istæ Rubricæ sunt observandæ? ℞. Ab Urbe 21. Maij Anno 1766. Servanda est Rubrica Missalis, & Rubrica Ritualis Romani, istæ enim minime se opponunt, nam Rubrica Missalis loquitur tantum de absolutione, quæ fit post Missam circa Tumulum seu Castrum doloris *absente Cadavere* tunc subdiaconus semper se sistit ad pedes Tumuli contra Altare, sive Absolutio fiat pro Defuncto sacerdote, sive pro Laico at Missale de Absolutione *præsente Cadavere* ne verbum quidem facit; ad supplementum igitur huius Rubricæ, typis editum est Rituale Romanum quod præcipit, ut in Absolutione Defuncti *præsente Corpore* Subdiaconus se sistat ad Caput Defuncti, ita ut si Defunctus sit sacerdos; tunc Subdiaconus stare debet inter Altare & Caput Defuncti, & Celebrans ad pedes Defuncti Contra Crucem. En quomodo istæ Rubricæ ambæ Concordant, nec ullo pacto se opponunt, una itaq; loquitur de Absolutione Circa tumulum *absente Corpore*, altera de Absolutione Defuncti *præsente Cadavere*.

Jn depositione Defunctorum in Verbis illis *Non intres in iudicium Cum servo tuo Domine*. Jndepositione mulieris non possunt *Servo Tuo* mutari verba *in Serva Tua* absq; Rubricellæ læsione, & servandum est Rituale S. R. C. 31. Aug: 1697

Jn hac absolutione pro mortuis, ut vocant in Conductu, Jncensum debet solito more benedici illis Verbis: ab illo benedicaris &c.

## Notatum 8vum.

### *Jeiunium.*

Placuit mihi ex morali Theologia in hoc opere inserere aliqua, in hac materia in promptu habendi scitu necessaria.

Jeiunium

Jeiunium non servatur in solemnitate Nativitatis Domini Nostri JESU Christi, & est Consvetudo edendi Carnes, si inciderit hoc Festum in Feriam 6tam vel Sabbathum, de hoc Honorius Papa III. in suo Decretali ait: Cap: Explicari lib: 3. Tit: 46. de observatione ieiuniorum.

Explicari per sedem Apostolicam postulasti &c. Respondemus, quod illi qui nec voto, nec Regulari Observantia (ut sunt multi Religiosi) sunt adstricti in Feria 6. vel Sabbatho, si Festum Nativitatis Dominicæ ipso die venire Contigerit, carnibus propter Festi excellentiam vesci possunt, secundum Consvetudinem Ecclesiæ Generalis, nec tantum reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere. *Glossa addit: Jmomagis laudandi sunt.* Hinc qui voto, vel alia particulari obligatione *vg.* ex Sacramentali pænitentia ligati, debent ieiunare, alii vero Fideles ad libitum possunt edere in dicto Casu Carnes.

## *Jeiunii Præceptum Ecclesiæ quam stricte & rigorose obligat, quo ad unicam tantum Commestionem.*

Patet ex Bulla fel: record: Clementis XIII. quæ incipit: *appetente &c*, sub die 20. *Xbris* 1759. qua Pontifex, cum abusum aliquorum noverit, sumendi extra prandium quasdam potiones lacte mixtas, illum Condemnavit, declaravitq; Prædecessorem Pontificem Benedictum XIV. Censuisse non licere dispensatis uti nec carnibus, nec lacticiniis nisi in una Comestione extra quam ipsos non aliter gerendos esse dixit, quam alii qui nulla dispensatione fruuntur. *Hæc sunt verba Bullæ:* Nova infringendis ieiunii legibus, vel opinionum Commenta, vel a vera ieiunii vi & natura abhorrentes Consvetudines humani pravitate ingenii novissime sint invectæ, ea omnia quantum iuvante Domino fieri potest, radicitus Convellenda curetis, in quibus profecto abusum illum Censemus omnino numerandum, quem rumor quidam ad nos pertulit;

cum non nulli, quibus ob iustas & legitimas Causas ab abstinentia Carnium dispensatum fuerit, licere sibi putant potiones lacte permixtas sumere, Contra quam prædicto Prædecessori Nostro visum fuerit, qui Censuit, tam dispensatos a Carnium abstinentia, quam quovis modo ieiunantes, unica excepta comestione, in omnibus æquiparandos iis esse, quibus cum nulla est dispensatio, ac propterea tantummodo ad Unicam Commestionem posse Carnem, vel quæ ex carne trahunt originem, adhibere. Et quæ sint ea quæ a Carne trahunt originem, habetur a Can: *Denique* dist: 4. ubi dicitur: Quæ trahunt originem Sementinam a Carnibus, ut sunt ova, lacticinia. Itaq; concludendum dispensatis in collatiuncula nullum alium permitti cibum, nisi illum qui non dispensatis Conceditur. Filios seu Famulos non servare ieiunium Quadragesimale, quo ad abstinentiam a Carnibus, eo quod Paterfamilias dispensatur, nec potest sufficere, sumptibus duplicis mensæ, id non sine maxima abusione admitteretur Ex operibus Benedict: XIV. Inst: Eccl: 15. § 25.

## *In ieiunio dispensatio ad quid obligat.*

Dispensatio impetrata in Quadragesima vescendi Carnibus, non Continuo deobligat ab unica Comestione, quare sic dispensati declarantur ad eam teneri, nec miscere posse epulas licitas, atq; interdictas. Const: *Non abigimus* Bullarij Tom: 1. num: 19. Hac vero Admixtione vetita est Comestio Carnium cum piscibus. Ita declaravit Pontifex in Epist: ad Archi Episco: Compostellæ Ibid: Num: 89.

Id quod præscribitur de non miscendis Carnibus cum piscibus, æque Servandum est in Dominicis Quadragesimæ. Ibidem. Qui tamen ex dispensatione utuntur ovis, & lacticiniis, a piscibus abstinere non tenentur Ibid.

In petendis a Pontifice dispensationibus generalibus a ieiunii disciplina pro Oppidis, & Diæcesibus, monentur Episcopi, ne faciles

ciles se præbeant, sed prius Consulendi medicinæ peritiores, exquirendo ab illis num morbus sit Communis, ita ut nulla ætas libera in columis esse queat, adeoq; ad præservationem a morbo multum Conducere iudicent, si dispensatio a Carnibus Conceditur, tunc vero illas petant. Bull: Tom: 1. N. 136.

Potum cocholatis die ieiunii tolerat Pontifex Inst: Eccl: 15. § 10. vix tamen admittit longe citatum, nec omnino tolerat sæpius eodem die iterare Ibidem.

*Jeiunium in Vigilia S. Mathiæ.*

Occurrente Vigilia S. Mathiæ Apostoli in feria 3*tia.* post Dominicam Quinquagesimæ, observandum est ieiunium, quod non potest Anticipari ratione Carnis privii. S. R. C. 23. Januar 1694.

*Ingressus ad Ecclesiam qualiter fieri debet Ex Synodo Provinciali Anno 1634. Celebrata.*

Quia ad Ecclesiam debet esse humilis & devotus ingressus, tum ut securitati Ecclesiarum prospiciatur, & occasio tumultuum præcidatur interdicit synodus omnibus Cuiuscunq; status & Conditionis hominibus ne unquam in Ecclesias cum bombardis, Canibus Venatoriis ingredi præsumant, sub pæna Excommunicationis, Cuius Notam Parochi in Tabella foribus affigant his verbis: *Huc ingredi* nemini licet, cum bombardis, selopetis, canibus, & avibus *ad venandum, sub pæna Excommunicationis.*

## Institutio vitæ Spiritualis.

Quemadmodum Credis, vivis.
Quemadmodum vivis, morieris.
*Ita.*
Quemadmodum morieris, Judicaberis.
Quamadmodum iudicaberis, permanebis.

Jn Cælo ad præmium.
Jn inferno ad Supplicium.
Jn utroq; loco in perpetuum.

*Qua propter.*

Non omnia Crede, § quæ audis,
Non omnia fac, § quæ vales.
Non omnia dic, § quæ scis,
Non omina disidera, § quæ vides,
Non ominibus utere, § quæ habes,
Non omnia ostende, § quæ nosti.

Non iudica alios sed teipsum.
Cura te, & tuos.
Tibi prospice & aliis.
Recte fac, & cave tibi.

# Notatum 9num.

## *De Missæ Sacratissimo Sacrificio.*

Antequam procedatur ad Decreta S. R. C. & Rubricas Missalis, secundum quæ Missæ debent Celebrari. Jmprimis apponitur hic Praxis devote & reverenter Sacrificia Missæ celebrandi, una cum Considerationibus, ac Dignitate Sacerdotum, & quanta illorum Sanctitas debet esse, SS. Patres quid deilla sentiunt Considerandum & tremendum.

Dignitas sacerdotum, omnium Principum, Regum, & Cæsarum fulgorem, & potestatem superat S. Aug: in fol: 37.

O veneranda sacerdotum dignitas, in quorum manibus Dei Filius, velut in utero Virginis incarnatur. Alloquitur sacerdotes S. Chrysost: O! felices sacerdotes si sacerdotaliter vixeritis O! Magnum Mysterium, quod per vos SSma Trinitas operatur: Cælum miratur: horrescit infernus: Contremiscit diabolus: reveretur quam plurima

plurima Angelica celsitudo. Jlle enim qui Creavit me sine me ( si fas est dicere ) creatur mediante me. Et ille qui ex nihilo cuncta creavit sine me, dedit michi Creáre se. O! Secerdotes attendite Maior est vobis dignitas Collata quam Angelis, qui adorant quod vos Conficitis. Considerate quo non oporteat esse puriores, atq; ferventiores, tali & fruentes & ministrantes sacrificio? quo, solari radio non splendidiores manus Christi Carnem dividentes? Cogitate quali sitis insigniti honore, quali mensa fruimini, quod Angeli horrescunt, neq; libere audeant intueri propter emicantem inde splendorem, hoc vos tractatis, hoc dividitis, hoc pascimini, & facti estis unum Corpus Christi & una Caro. Nullus itaq; Judas assitat. Jtem Jdem S. Chrysost: in alio loco: sacerdotem Christi ita necesse esse purum, ac si in Cælis ipsis Collocatus, inter cælestes illas virtutes medius staret: Jlli enim qui non mundâ anima Corpus Christi accipiunt: idem supplicium perferunt cum illis, qui eum Clavis Cruci affixerunt. Jmo magis ( exagerat S. August: ) Gravius peccant indigne offerentes Christum regnantem in cælis, quam qui eum Crucifixerunt in terris.

Ac vero inveniuntur Ministri seu sacerdotes Altissimi, qui contra Eminentissimam Angelici, Apostolici, imo summi atq; Divini status Dignitatem, in gravissimorum facinorum Cæno volutantur. Unde ut talibus ad emendationem, probis ad cautelam, Dei timorem incutit de off: past: S. Greg: M. *Nullum puto ab aliis maius præiudicium, quam a sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum Correctionem posuit, dare dese exempla pravitatis Cernit.* Aliter in quocunq; modo peccantes quasi in rebus eius Dominum offendimus, indigne vero sacrificantes, velut in personam eius manus iniicere non timemus.

Nec immerito in sacerdotem indignum invenitur. S. Hiero: væ tibi sacerdos! qui eodem ore oscularis Filiam Veneris, quo paulo ante sumpsisti Filium Virginis, O impie Juda! osculo Filium Hominis tradis, talis multo dignius, multoq; rectius ad carcerem, vel

ad

ad catastam pænalem, quam ad sacerdotium protracti fuissent.

Jn revelationibus S. Birgittæ, quæ magnæ sunt Authoritatis in Ecclesia Dei, sæpissime Deus Conqueritur, exagerans gravitatem peccatorum, quæ committunt sacerdotes: vocans eos peiores Judæis & Paganis & aliis omnibus delinquentibus, asserens maiora tormenta inferni illis reservata, & maiori supplicio puniendos, quam Judam. *Et in quodam Capite*: replet illos horrendis maledictionibus, & in fine maledicit Jesus, quidquid edunt, bibunt, tangunt, elementa quæ eos sustentant: Refert S. Dioni: Carth: Angelum revelasse servo Dei, fore nullos in purgatorio sacerdotes inveniri, eo, qui sancte vivunt, illico Cælum intrant, vel parum morantur in igne purgatorii, cæteri qui impure vivunt, demnantur, non permittens Deus ob gravem iniuriam Ordini sacerdotali, & Sacramentis ut vere pæniteant.

Qua propter o sacerdotes! o Religiosi! ad tantum dignitatis fastigium evecti, recogitate, qui templum Dei estis, ut dicit Divus Paulus: si quis autem templum Dei violaverit, disperget illum Dominus.

Et ideo Fratres Charissimi ( monet S. August: ) unusquisq; consideret Conscientiam suam, & quando se aliquo Crimine vulneratū esse cognoverit, prius Confessionis lavacro, orationibus, ieiuniis, & eleemosinis, studeat emundare Conscientiam suam, & sic Eucharistiam præsumat suscipere S. Aug: serm: 152. de temp:

### *Missam immediate Celebraturi hæc debent observare.*

Adhibita congrua præparatione Sacerdos in statu gratiæ existens, caveat ne indutus sacris vestibus, vel dum se illis induit, discursibus inutilibus, vel ad rem Divinam impertinentibus occupetur. Qua in re Concilium Mediolanense sic adhortatur: *Sacerdotes antequam Celebrent, se colligant, & orantes in tanti mysterii Cogitatione defigant, ut sacris Vestibus induti cum nemine Colloquantur.* Sane revidendum ( circa puram Conscientiam ) Corporale

porale

porale & Purificatorium sint munda. Nam: Sylv: Miss: 1. quæst: lethalis Culpæ & peccati illum arguit, qui cum immundis Celebrat apparamentis, Stupenda profecto aliquorum in sacris incuria, curantium magis Collare, quam mundum Corporale

### *Hic Notatur.*

Sacra apparamenta non debent osculari, quibus induitur sacerdos ad Missam, nisi quæ habere debent in se efformatum signum Crucis, ut sunt humerale, manipulus, & stola, hinc alba & Casula non debent osculari.

Hic etiam in memoriam revocatur Decretum impressum, prohibens, ne sacerdotes deferant strophium super Calicem nec illud ponant super Altare, quia hæc agendi ratio, barbariam incultam sapit. S. R. C. 1. 7*bris* 1703. sed appendere subter Casulam, ut docent Cærem: Miss:

*Igitur.*

Accedat sacerdos ad Altaris.
Tribunal - - - ut Christus.
Assistat - - - - ut Angelus.
Ministret - - - ut Sanctus.
Populorum offerat vota - ut Pontifex.
Interpellet pro Pace - - ut Mediator.
Pro se autem exoret - - ut Homo.

Huic expedit, ut Divinæ laudis sit æmulator, Religiosus in se, humilis Corde, & erga proximum errata Compassione compunctus. S. Laur: Just: de corp: Christi.

### *Missam Celebraturus, ex Sacristia quomodo procedere debet.*

Sacerdos Missam Celebraturus, calicem debet deferre ad Altare & post Missam Coopertum velo in anteriori parte, ut Calix non

non appareat, hoc est debet pendere velum Calicis non involvi super Bursam. *Rubrica Ritualis.* Similiter idem Calix ante versiculum qui dicitur *Communio*, in Missa Cooperiendus est velo in anteriore parte ( ut Calix non appareat ) sicut ante *Missam*. S. R. C. 1. Mart: 1698.

Sacerdos dum it ex Sacristia ad Missam Celebrandam, vel post Celebratam Capite Cooperto, quamvis in Ecclesia sit Expositum SSmum Sacramentum, & dum transit ante Altare, in quo est Expositum SSmum, genuflectit ante illud utroq; genu discooperto Capite, dum se erigit Caput cooperiat, & vadat absq; alia inclinatione Capitis, post illam genuflexionem, ut nonnulli impertinenter eam faciunt. Qua propter non sunt approbandi ii, qui ad Maiorem reverentiam, ut ipsi dicunt, capite aperto abeunt, quousq; sint extra Conspectum Altaris in quo est Expositum Augustissimū Sacramentum. Ait Merat: Parte 2. Tit: 2. N. 7.

Neminem autem Salutare debet discooperto Capite, sed si forte ante Prælatos, Magnates, Clerumq; in Choro ( dum per Chorum transit ) portans Calicem transeat, tantum Cooperto Capite plus minusve sese inclinet, prout eorum postulat dignitas: quia universaliter Celebrans dum Calicem portat, sive eat Cum dicenda Missa, sive post Missam nemini Caput debet aperire. Hæc dicit Citatus Merat: P. 2. N. 8. Castaldus, Hypolitus, & alii apud *Merat*: Jn Accessu per gradus ad Altare, ad illud osculandum in quo sunt SS. Reliquiæ reconditæ, debet a sacerdote osculari in eo loco ubi in Corporali est Crux impressa. *Jta Merat*:

Sacerdos Finito in Cornu Epistolæ Jntroitu, non debet imitari illos errantes, qui antequam ad medium Altaris pervenerit incipiunt ad Missale imum Kyrie eleison, & sic eundo ad medium Altaris Continuant, quod est Contra Rubrum, quo docemur, quod Celebrans post Jntroitum finitum reversus ad medium Altaris, facta cum elevatione oculorum, medi-

ocri Crucifixo reverentia, tunc dicere debet *Kyrie eleison*. Merat: Supl: Num: 8. cum aliis sed de hoc etiam Rubrica Missalis de servando Ritu Cap: 4. N. 1. ita obliquitur.

*Missæ Congruo tempore debent Celebrari.*

Jn Constitutionibus Provincialibus, & in Reformationibus Generalibus Diæc: Crac: Rndissimi Martini Szyszkowski Tit: de sacrificio Missæ.

De tempore Celebrandi Missam præscribitur, ut neq; ante Auroram, neq; post Meridiem. Erratur sæpe ( verba sunt præfatarum Reformationum ) in tempore Celebrandi maxime in Adventu Domini. Nam Missa *Rorate* nuncupata, quæ in Ecclesiis omnibus Regni canitur, quod quidem fieri non debet, etiam vigore Privilegiorum a S. Sede Apostolica ante Concilium Trident: Concessorum. Cantetur enim aut sequihora immediate ante solis Ortum ( scilicet circa mediam horam post sextam ) Contra facientes, pæna suspensionis ab Officio puniantur. Pariter magnum inconveniens est in multis Ecclesiis, præsertim in Pagis, & oppidulis, quod præsertim in solemnioribus Festis Missa cantetur post horam 12. in meridie, & devotio protrahatur, cum stomacho & tædio sæcularium, horâ unâ & alterâ post meridiem. Totus ordo devotionis debet finiri horâ 12. in meridie.

*Missam Celebrare non recitato Matutino, an liceat?*

Ex operibus Benedicti XIV. Nulla urgente Causa leve peccatum est Celebrare Missam privatam non recitatis Matutino cum Laudibus. At si de Missa Conventuali agitur, mortalis Criminis reus videri posset ille, qui ante Matutinum & Laudes eam Celebraret ( nempe eam ante partem Officii in Choro Celebratam ) sicut & peccato gravi se obstringeret, qui perpetuo, & quasi animo statuisset nunquam Matutino Cum Laudibus recitato, Missam Celebrare, Inst: Eccl: 105. § 119.

### *Missæ applicationis intentio.*

Missæ applicationis intentio sufficit si habitualis fuerit, est enim velut quædam donatio, quæ semper valet, etiam si multo ante intercesserit, Idem Benedictus XIV. De Sac: Mis: Lib: 3. C. 16. § 10

Tempus applicationis num sit sufficiens post Consecrationem est ambiguum. Præstat ut sacerdos Missam applicet cum se ad eam parat Ibid:

### *Missam celebraturus cuiuscunque dignitatis, debet sine Annulo.*

Annulum indigito gerere dum Missa Celebratur, cuiuscunq; dignitatis nemo potest, vetante S. Rituum Congregatione. Idem Benedictus XIV. Inst: Eccl: 34. § 15.

### *Missa non debet Celebrari cum Cæsaria ficta,*

Missa non debet Celebrari cum ficta Cæsaria S. R. C. C. 3. Anno 1652. Notat Benedictus XIV. In Missæ Celebratione nequis Episcopus concedat licentiam tegendi Caput Comâ fictitiâ, vetuit Innocentius XI. in sua Encyclica apud La Croix lib: 6. p. 2. N. 401.

### *Missa in peccato Mortali an possit Celebrari.*

Ex operibus Benedicti XIV. Vetat Tridentinum ses: 13. C. 7. de Euch: ne sacerdos peccati Mortalis reus, quantumvis Contritus nisi prius Sacramentali Confessione expiatus, ad Celebrandum accedat De sacri Mis: lib: 3. § 3. Permittit tamen Sacerdotibus Celebrationem prævio tantum Actu Contritionis, dummodo gravis necessitas urgeat, nec sit Copia Confessarii, simul vero in eorum eventu, Mandat, ut qui ita Celebraverit, quam primum Confiteatur. Ibid § 4. Atq; ita explicat præceptum Divinum ab Apostolo traditum: *Probet autem seipsum homo.* In Casu vero urgentis necessitatis, non satis est Attritio, sed omnino requiritur Contritio, vel saltem attritio, quam sacerdos sine Culpa Contritionem existimaverit

ſtimaverit. Jllud vero præceptum: *ut quam primum Confiteatur*, verum eſt præceptum, & non Conſilium, nec ita intelligendum eſt, ut ſacerdos non teneatur Crimem ſuum Confiteri, niſi quando rurſus eſt Celebraturus. Hæc omnia ex variis damnatis propoſitionibus eruta latius explicantur Jbidem § 5. Urgens neceſſitas de qua hic, ea cenſetur, ſi ſacerdos ea die non Celebrans, offenſione eſſet & ſcandalo. Jtem ſi Parocho Celebrandum eſt ad miniſtrandum Viaticum. Sunt qui addant ſufficere ad Celebrationem in eo rerum ſtatu, ſi nuper deceſſit anima, probabiliter Sacrificio indigens; quod tamen ab aliis, & merito minus probatur, cum omnes animæ inpurgatorio ſacrificio indigeant. Jbid: § 6. Sed quid, ſacerdos Cæptâ Miſſâ recordetur peccati lethalis in Confeſſione non expoſiti, vel ſe obſtringi aliquâ Cenſurâ, vel ieiunium non ſervaſſe? profecto ſi ante Conſecrationem peccati, ſive ieiunii non ſervari recordetur, Miſſam tenetur deſerere, niſi aliud ſvadeat, iuſtus de gravi ſcandalo timor. Si vero poſt Conſecrationem, perficiat & ſumat Sacramentum præmiſſa Contritione, ſi inccurrat grave peccatum non dum deletum pænitentiâ, & ( elicito propoſito ) ſatisfaciendi poſtmodum præcepto Confeſſionis, & abſolutionis. Si vero nequeat confiteri, ſatius eſt ſcandalum potius permittere, quam Sacramentum perficere, & indigne recipere. Scandalum vero an cauſaret recedendo ab Altari, ille, qui in loco privato Celebrans cum unico Miniſtro, peccati gravis inchoatâ Miſſâ recordetur, quæſtio eſt anceps, ſunt enim qui minimum ſcandalum eſſe cenſent, ſi adſit tantum modo Miniſter puer, vel Celebrantis ſervus, amicus Jbid: § 9.

Si ea die, tempore Miſſæ præcedente, grave peccatum Commiſſum a ſacerdote fuerit, de quo tamen doluit. & Confeſſus eſt, non decet ſacerdotem eadem die ipsa Celebrare, quia tollitur quidem reatus Culpæ, ſed non Continuo immunditities Corporis adimitur. Jbid: § 11. Jtem dicas de eo qui pollutionem Corporis proprii ſenſit, nec tamen Conſenſum apposuit Quamvis in eo

nulla fit culpa, indecens est tamen ad sacrificium accedere, præsertim si menti tenacius inhæreant pravæ Cogitationes. Ibid: § 12.

*Missa in nocte Nativitatis Domini.*

Missâ decantatâ Nocte Nativitatis Domini, est præceptum successive alias duas Missas non Celebrandas, nec Communio Eucharistiæ exhiberi fidelibus deposcentibus, & hoc Præceptum ligat omnes Regulares, tum Ordinum Mendicantium, tum Monachalium Congregationum, tunc omnes cuiuscunq; alterius Instituti, etiamsi speciali mentione nominandos. Neq; possunt excipi Confessiones in Ecclesia maxime mulierum, durante tempore Nocturno, sed est expectandum ut illuceciat aurora, tam pro Confessionibus mulierum excipiendis, quam pro Euharistia Ministranda utriusq; sexus Fidelibus S. R. C. 23. Mart: 1686.

*Missam Celebrans in Festo Natalis Domini, & in Festo Annunciationis B.V. M. Solenniter, quæ observare debet.*

Celebrans ad ista verba tempore *Credo: Et in Carnatus est* debet cum Ministris sacris genuflectere in Ultimo gradu ex ea parte in qua sedet, non in medio, hoc est intelligendum, si Celebrans cum Ministris sedeat, si enim ad Altare staret, pro tunc deberet ut moris est descendere ad primum gradum superiorem e medio Altaris. Aliis autem Festis Celebrans in Missa solemni procedere debet ad præparatam sedem aperto capite, & ita regredi ad Altare, quando sedere debet; cum cantatur Angelicus, hymnus & Symbolum scilicet Credo, sed ad illa verba quæ Cantantur in Choro, ad quæ fieri debet inclinatio, tenetur se inclinare nudo Capite, non obstante contraria consvetudine S. R. C. 21. Mart: 1676.

*Missa dum Celebratur Coram Sacramento in Altari exposito, debet de eodem fieri Commemoratio.*

Missa dum Celebratur coram SSmo Sacramento in Altari ex-

posito

posito, debet fieri de eodem commemoratio, post omnes alias Commemorationes de Præcepto. Et in Missis solemnibus tantu m Fæstum 1mæ & 2dæ Classis facienda est sub una Conclusione, (nisi Festum tale inciderit in Dominicam tunc post Orationem Dominicæ debet fieri Oratio de SSmo Sacramento) S. R. C. 23. Junij 1726. & 2. 7br: 1741. Etiam in Privatis Missis ad maius Altare: ac alia Altaria minora fiat SSmi Sacramenti Commemoratio durante Expositione S. R. C. Anno ut supra 1741. 2. 7bris. Fiat, eadem commemoratio SSmi Sacramenti etiam in Missis Privatis, & si Expositio sit tantum in pixide ex Publica causa in supplicatione & devotione 40. horarum. Clemens XI. 20. Jan: 1705. ! Jnnocenti XI. Benedictus XIII. & Clemens XII. S. R. C. 7. Maii 1746.

Jn Missa de Dominica, seu de Festo duplici, si in illa occurrat, debet fieri Commemoratio SSmi Sacramenti si sit in Altari Expositum, ad Formam Rubricarum Missalis, quando fit Particularis Processio cum SSmo Sacramento in aliquibus Dominicis seu aliis diebus cuiuslibet mensis S. R. C. 6. Xbris 1653. scilicet post omnes Ordinarias Collectas, de Præcepto iis diebus occurrentes, non sub una Conclusione.

### *Missæ duæ Cantatæ immediate una post aliam an Cantari possunt?*

Missæ duæ eiusdem sancti, immediate una post aliam non debent Cantari eodem die in Ecclesia, in qua Celebratur eius Festivitas. S. R. C. 3. Aug: 1652. apud Merat: in Jndice Tom: 1. sub N. 307. Jn hoc Decreto non frustra additur: immediate una post aliam, Ut intelligatur posse Cantari Alteram Missam de eodem Sancto mediate, scilicet mediante aliqua hora, au Concione, sive ea sit Cantanda ex Consvetudine sive ex Fundatione sive ex alia rationabili Causa, & vocatur ab aliquibus Missa *Matutina*, ab aliis *Media*, ab aliis *Minor*, distincta a solemni Missa Teste Merato in observ: Prælim: p. 1. quæ nunc apud multos obtinuit nomen *Votivæ* improprie. *Missas*

*Missas duas in Cathedralibus & Collegiatis, in Feriis Quadragesimæ Cantandi gravis obligatio.*

Gavantus variis locis ut P. 1. tit: 5. Jtem P. 3. &c. Tit: 11. N. 7. 8. 11. Satis probat gravem esse obligationem in Cathedrali & Collegiatis Ecclesiis Cantandi duas Missas in Feriis Quadragesimæ 4. Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, si occurrat Festum duplex vel semiduplex, vel octava, unam de Festo post Tertiam, alteram de Feria post Nonam. Jtem 1ma die Mensis (prout Rubrica loquitur de Missis Defunct: Tit: 5. Num: 1mo & 2do) & Feria 2da cuiusq; hebdomadæ in qua fit Officium de Feria, si his diebus resumenda sit Missa Dominicæ &c. debent Cantari duæ Missæ, legantur Rubricæ in Missali positæ, sub Tit: 5 N. 1. & 2. Hic tantum innuitur obligatio, quam adstruit Gavantus Concludendo: Heu! negligitur hæc Rubrica, quæ tamen habet verbum, dicantur, quod est præceptum.

*Missæ duæ dum in iisdem Ecclesiis Cantantur, Orationes quomodo sunt sumendæ?*

Ubi notantur duæ Missæ, & dicendæ sunt in illis orationes *Ecclesiæ* vel pro *Papa*. si *in 1ma* Missa dicta est oratio *Ecclesiæ* in *2da* dicatur pro *Papa*. Jta Merat: P. 1. Tit: 9. N. 6.

Jtem in iisdem Ecclesiis quando dicuntur duæ Missæ, una de Festo altera de Feria. Jn Missa Festi debent orationes dici Officiorum illa die occurrentium (si quæ occurrant) Jn Missa vero de Feria, dicantur illæ, quæ assignantur ad Complementum numerum ternarium *vg. a Cunctis & ad libitum*, aut *Concede & Eclesiæ vel pro Papa*, & in utraq; Missa semper Ultimum Evangelium erit S. Joannis. *Jn principio*. Jn Missa Festi, adhibetur Color Festi, Jn Missa Feriæ, Color Feriæ Competens.

*Missa Conventualis in iidem Ecclesiis*, de Feria in Quadragesima & Adventu, nullo modo potest omitti, quando in eis etiam Cadat Festum alicuius Sanct, non obstante Contraria Consvetudine S. R. C. 24. 9bris 1635.

*Missæ*

*Missæ ex Fundatione Cantatæ quomodo Celebrandæ?*

Pro Missis ex Fundatione, aut ex alia quacunq; Causa in Cantu celebrandis ( sive privatim legendis ) sive de Assumptione, sive de Conceptione &c. B. V. M. extra dies Eius Festos vel Octavas earundem Solemnitatum, assumi nequit propria Missa Festivitatis, sed substituenda est ei una, ex Votivis quinque B. V. M. quæ habentur in Missali Romano, iuxta Congruentiam temporis S. R. C. 22. Decembris 1753.

*Missam Celebratus de Festo Semiduplici vel simplici,* Seu votivam, vel de die infra octavam, sive de Feria non Privilegiata, potest in penultimo loco assumere Collectam pro particulari Defuncto, puta: *Inclina.* vel. *Deus qui nos patrem &c* & similia, sed ob id non est omittenda ulla ex Collectis pro tempore assignatis, puta. *A Cunctis* vel *Ecclesiæ* S. R. C. 2. *Xbris* 1684

*Missam Celebrans in aliena Diœcesi.*

Sacerdos, non potest nomen Episcopi sui, nomini Episcopi illius Diæcesis substituere. Ex Pouget, & Merato, De sacr: Mis: Lib: 2. Cap: 17. § 4.

*Missæ privatæ in cæna Domini.*

Missa feria 5. maioris Hebdomadæ non potest Celebrari in Oratoriis Confraternitatum, & Privatis S. R. C. 1653. 6. *Xbris* Et posterius Decretum tale: Missæ Privatæ Feria 5. in Cæna Domini &, Sabbatho prohibentur, non Decretis tantum modo S. C. Rituum sed etiam Edicto Clementis XI. die 15. Maij 1712. Ex operibus Benedicti XIV. Inst: Eccl: 38. § 9. Sic apparet quod non tantum in oratoriis quibuscunq; sed etiam ubiq; in Ecclesiis omnibus prohibentur. In Oratoriis Privatis, in quibus pro infirmo Conceditur unicé a Missæ Celebratio Die Natalis Domini fas est tres Missas ab eodem sacerdote celebrari Ex Decr: S. C. De Sacr: Mis: lib: 3. C. 4. § 8. Ex Oper: Bened: XIV.

Missa

*Missa legi bebet ut ab astantibus audiatur.*

Ex Synodo Provinciali Præsidente P. M. Wężyk Archi Episcopo Gnesnensi 1579. Missæ lectæ a Sacerdotibus elevata voce & Sonora legantur, ut ab astantibus bene audiri possint, sub pæna suspensionis ab Officio.

*Missæ nec breves, nec longæ sint,*

Ex oper: Benedict XIV. Missæ nec ita breves esse debent, ut saltem horæ tertiam partem non attingant, neq; ita longæ, ut horæ dimidium excedant. De Sacr: Lib: 3. C. 24. § 2.

*Missam Celebrans quando dicere non debet* Credo.

*1mo.* Jn Missa Patroni minus Principalis, non debet dici *Credo* S. R. C. 2. *X*bris 1684. & 1691. 15. 7*bris* Jn quo declaratum fuit particulam *Patroni* intelligendam esse de Patrono Principali tantum.

*2do.* Jn Festo Translationis Patroni Principalis Cathedralis sub Ritu duplici maiori, non potest in Missa symbolum, nec in ipsa Ecclesia Cathedrali, neq; per totam Diæcesim dici *S.* R. *C.* 19. Junij 1700. Jn Missalibus in Festis patronorum Regni Poloniæ minus principalium expungantur *Credo.*

*3tio.* Multoties notari solet in Rubricella in quibusdam Festis *Credo non dic: nisi in propria Ecclesia.* Hoc autem intelligitur ita: si tale Festum sit Titulus Ecclesiæ alicuius, in illa Ecclesia sive sint beneficiati, sive accedentes ad illam Ecclesiam pro dicenda Missa, debent dicere *Credo.*

*4to.* Missam Celebrans extra propriam Ecclesiam ( in qua habetur insignis Reliquia Sancti de quo recitavit, Officium ) in aliena Ecclesia debet omittere *Credo* S. R. C. 2. *Xbris* 1684.

*Missæ tempore si incidat subito irruptio hostium.*

Si dum Celebratur Missa subito incidat irruptio hostium ve

immnens

imminens alluvies, aut ruina templi, ante Consecrationem Missa est deserenda, post Consecrationem sumendum est statim Sacramentum, omissis aliis Cæremoniis. Si vero Casus isti incidant, Hostiâ quidem, sed non dum sangvine Consecrato, potest statim Sacerdos Hostiam sumere & abire, nisi forte in Casu, quo Christianæ Religionis hostes, in contemptum eiusdem Religionis sacerdoti Mortem minitentur, nisi sacrificium imperfectum relinquat Benedictus XIV. de sacr: Mis: Libro 3. § 13.

*Missa an aliquando possit interrumpi.*

Rite pariter interrumpitur Missa, etiam interruptione longa, vel ad baptisandum infantem moriturum, qui alioqui sine Baptismo moreretur, vel ad audiendam Confessionem infirmi, qui alioqui non Confessus obiret, vel etiam ad Extremam unctionem ad ministrandam. Curandum tamen tunc esset a sacerdote, ut sacramentum interim diligenter custodiatur, & cum redierit, resumenda est Missa ex eo loco, ubi fuerit intermissa Jbid: § 15.

*Missam Celebrans pro Communicandis, particulas ad Consecrandum quando non debet suscipere.*

Si particulæ afferantur ad Altare post peractam Oblationem, non debet Sacerdos illas Consecrare sine Causa legitima, ut si Magna Multitudo parata ad recipiendam Eucharistiam, alias Careret sacramento, tunc deberet sacerdos prius illas ante Consecrationem mente offerre. Cepto iam Canone si offerratur particula non est Consecranda, neq; pro dando viatico infirmo, tunc enim sufficeret, si sacerdos ex sua Hostia parvam portionem separaret. Ex oper: Benedicti XIV. de sacr: Mis: Lib: 3. C. 17. § 7.

*Missa finita si advertat sacerdos fragmenta Consecrata.*

Si sacerdos sumpta Purificatione animadvertat remansisse in Corporali, vel Patenâ fragmentâ, sive illa magna sint sive parva, illa

lla absumantur, sicut & absumenda sunt frangmenta si quæ remanserint post distributionem 'Eucharistiæ in adstantes paracta *Misa* De Sacr: *Missi* Lib: 3. C. 17. § 3.

*Missæ privatæ, & de Requiem* in Vigilia Nativitatis Domini & in tota eius Octava ( idem dicendum de Epiphania ) prohibentur, excepta una solemni pro re gravi, & Requiem cantata præsente Cadavere, vel in anniversario vero depositionis Defuncti in Ecclesia tumulante S. R. C. 15. *7bris* 1714. & 16. *7bris* 1730. & 10. *Xbris* 1778. Dies Anniversaria numerari debet a die obitus Defuncti & non a die sepulturæ, ut Colligitur ex Decreto 19. Junii 1700. Diei antem 3. 7. & 30. numerationem petandam esse non a die obitus, sed a die sepulturæ; quamvis non desint qui Censeant ab utroq; die numerationem peti posse Ferra.

*Missæ de Requiem.* Expositione SSmi Sacramenti durante non possunt regulariter Celebrari. Licet occurrat Officium huiusmodi Missas admittere *S. R. C.* 2. *Xbris* 1684.

*Missæ in Commemoratione OO. Fidelium Defunctorum* possunt a sacerdotibus Celebrantibus applicari ad libitum, vel pro Omnibus Fidelibus Defunctis, vel pro aliquibus tamtum S. R. C. 4. Aug: 1663.

*Missa hac die in funere quomodo Celebranda.*

Quando aliquis hac die Commemorationis OO. Fidelium Defunctorum sit sepeliendus, ultra Missam de Communi Defunctorum, Celebranda erit Missa ut in die Obitus præsente cadavere eius S. R. C. 14. Aug: 1646.

*Missa quæ sit dicenda in die obitus seu depositione sacerd tis.*

An prima quæ est pro Episcopis assignata in Commemoratione Omnium 'Fidelium Defunctorum cum Oratione. *Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes &c.* an illa quæ est 2do loco posita,

sita, quæ est in die obitus, seu in die Depositionis in Communi cum Oratione. *Deus qui inter Apostolicos sacerdotes &c.* Et in super quæ non sit dicenda Missa in Exequiis solemnibus post sepulturam Cadaveris. ℞. Una, vel altera dici potest in sepultura Cadaveris, vel Anniversario pro Defuncto sacerdote, dummodo Oratio pro eo designata: *Deus qui inter Apostolicos &c.* omino adhibeatur S. R. C. 29. Januar: 1752.

Cum primum accipitur Nuncius de obitu, in loco dissito alicuius de gremio, potest statim Cantari *Missa de Requiem* ut in die obitus pro eius anima in Festo duplici Maiori vel Minori S. R. C. 4. Maij 1686.

*Missa translato Anniversario a die obitus proprio, quæ fieri debet.*

Translato Anniversario a proprio die Obitus Testatoris, ob occurrens impedimentum, si de Requiem Cantanda, sit Missa, quæritur quæ nam cantari debeat, an ut in Aniversario, an etiam ut in Missis quotidianis? ℞. In Anniversariis Defunctorum ob aliquod impedimentum a proprio die translatis, quævis dicatur Missa, sive in anniversario, sive in quotidianis, sed verba in oratione: *Cuius Anniversarium Depositionis diem Commemoramus &c.* non sunt varianda. S. R. C. 22. Xbris 1753.

*Missæ quotidianæ pro Defunctis.*

In Missis quotidianis, quæ pro Defunctis Celebrantur, possunt quidem dici plures orationes quam tres, sed Curandum ut sint numero, impares, & aliquando pro illa: *Deus veniæ largitor*, impune subrogatur alia, utq; pro Patre, Matre &c. dummodo dicatur Ultimo loco illa *Fidelium* S. R. C. 2. *7bris* 1741. Hoc Decretum quo ad Orationum imparitatem, potius Consultivum, quã præceptivum, quo vero ad dicendum ultimo loco Orationem *Fidelium* in Missis quotidianis, procul dubio est Præceptivum.

*Missæ in Maiori Hebdomada de Requiem an possunt Celebrari præsente Cadavere.*

Utrum in Maiori Hebdomada ( excepto triduo ante Pascha & biduo post ) & infra octavam Paschæ, & Pentecosten, ac etiam in Festis duplicibus 1mæ Classis non tamen Celebribus possit cantari una Missa solemnis de Requiem in sepultura Cadaveris, Responsum fuit affirmative S. R. C. 29. Januarii 1752. apud Cavalieri, inter alia Decreta Num: 13.

*Missæ ad Altare Privilegiatum.*

Missæ quæ celebrandæ forent de *Requiem* ad Altare Privilegiatum, possunt dici de Currenti Festo ad idem Altare & valet Privilegium, ac si dictæ essent de Requiem, ut indulsit Clemens IX. dies 25 7bris 1669.

*Missam Celebrans circa Communionem distribuendam quæ debet observare.*

Si qui Communicandi sunt in Missa. Celebrans post sumptionem Sangvinis Calicem Palla tegat ante infusionem Vini, quæ non debet fieri nisi peracta Communione adstantium. Deinde dicens: *Misereatur* & *Jndulgentiam.* semper dicere debet *vestri vestris* &c. etiamsi unus sit Communicaturus. Jtem semper proferre debet clara & integra voce: *Ecce Agnus Dei* & ter *Domine non sum dignus &c.* in genere masculino. Et nunquam omittere debet. *Domine non sum dignus* etiamsi Clerus tantum sit Communicandus. *Gavant: p. 2. Tit:* 10. *N.* 31. Jtem dicendo hæc Verba Polonice: *Domine non sum dignus,* eodem modo proferendum sive fœminæ sive Masculi Communicent: *'Panie nie iestem godzien* non vero *nieiestem godna* Jta expresse Rubrica Ritualis de SSmo Eucharistiæ Sacramento Titulo: *Ordo Ministandi S. Communionem.* Gavantus, & Baruffaldus Tit: 24. N. 53. neq; est addendum: *Deus propitius &c.* vel *Laudetur SSmum Sacramentum &c.* Hoc enim nullibi Ulla Rubrica præscribit, ultra autem Præscriptum Rubricarum nihil est addendum.

Sacerdos distribuens Communionem non debet benedicere Populum Communicatum cum Pixide in qua Sanctissimum manet, sed

ſed tantum manu dextra dicendo *Benedictio Dei omnipotentis &c.* Jdeoq; ita ſervari & memoriæ mandari neceſſe eſt, ne fiat Contra Rubricas.

Poſt Communionem S. Populo diſtributam, ſacerdos Ablutionem digitorum tenetur facere in vino & aqua, non in vino tantum ſolo Jta *Miſſale* Rom: & *Gavantus*.

Extra Miſſam Sacerdos Communionem S. diſtribuens, melius quando cum ſtola Coloris albi ſemper, quam alterius Coloris *vg.* Rubri, Viridis, eam diſtribuit. Jta Merat: P. 2. Tit: 10. N. 31.

*Communio in Miſſis Defunctorum.*

Poteſt diſtribui Fidelibus Communicare volentibus Probat hoc fuse P. Merat: P. 2. de *Miſſa* Tit: 10. N. 28. Et ſummus Pontifex Benedictus XIV. in Comment: de ſacrificio Miſſæ Sect: 2. N. 165. Verba ſunt eius: *Cum quo ( ideſt* cum P. Merato *)* Concludendum eſt, poſſe in Miſſis Defunctorum Euchariſtiam ſive in eadem ſive in alia *Miſſa* Conſecratam ( ideſt ex Pixide ) diſtribui, dum modo non fiat ante vel poſt Miſſam, ſed intra eandem Miſſam, poſt ipſius Communionem ſacerdotis, & probat hunc uſum variis momentis.

*Communio S.* dum in ſolemni *Miſſa* miniſtratur Clericis vel Laicis, reliqui de Clero debent ſtare S. R. C. 9. Maij 1711.

*Communio quotidiana quibus permittenda*

Pro quotidiana Communione SSmum Sacramentum quibus Concedendum, quibus al quando rarius nihil innovandum ſupra Decretum Jnnocentii XI. die 12. Febr: 1679. Omnia ſcilicet, referenda eſſe docti & prudentis Confeſſarii iudicio Jnferri tamen ex hoc Decreto licet, frequentem acceſſum denegandum eſſe iis, qui in gravia peccata ſæpe labuntur, nec de emendatione ſunt ſolliciti, ſicut nec tam ſæpe iis, quorum cum voluntas ſit a gravibus aversa, venialibus tamen tenacius in hærent? Diæc: Synod: Lib: 7. C. 12. § 9. Novæ Edit: ex Oper: Benedicti XIV.

*Communio Paschalis.*

commu-

Communionem Paschalem sæculares Famuli & Famulæ in servientes Monasteriis Sæcularium utriusq́, sexus, etiamsi inhabitent in atriis Monasteriorum muro circum vallatis, tenentur Communionem Paschalem in Ecclesia Parochiali intra Cuius fines situm est Monasterium recipere, ut ex Decreto *S.* Congregationis sæpius decisum est; neque enim habitationes illæ sunt intra septa, ac domos monasteriorum, quod requiritur a Tridentino ut famuli eximantur a Paræcia. Inst: Eccl: 55. § 7. & 8.

*Communio Sacerdotum in Cœna Domini.*

Sacerdotes omnes Cuiuscunq; sint Collegiatæ tenentur feria 5*ta* in Cœna Domini Sacramentum SSmæ Eucharistiæ recipere e manibus Celebrantis, ut edicunt Decreta plura S. Congregationis, apud Bissum Communio l. 383. Inst: Eccl: 38. § 10. Ex op: Bened: XIV.

Non probatur illa Consvetudo dandi grandiores formas sacerdotibus Communicaturis, quia talem Consvetudinem S. Congr: Eminent: Cardi: declaravit abusum Decreto quod incipit: Cum ad aures &c. lato 12. Febr: 1679. approbante Innocentio XI. monetq́; nulli tradendas plures Eucharistiæ formas seu particulas, neq́; grandiores sed Consvetas.

*Communio in Sabbatho Sancto.*

Communicare in Sabbatho *S.* in *Missa* non expedit, quia est Missa Noctis; si vero ( præsertim ubi est Parochialis Ecclesia ) velint aliqui pro Paschate Communionem accipere, id fiat non in Missa, sed post eandem, qua finita, sacerdos paratus superpelliceo & stola, cum Acolythis faces deferentibus, reportat Pixidem Cum SSmo sacramento ad tabernaculum solitum. Cærem: Ord: Rom:

*Missam Celebrans* quamvis non teneatur dicere sub Missa voce in fine *Missæ* solemnis *Ite Missa est* quod cantat Diaconus, dicere tamen debet. *Benedicamus Domino* vel *Requiescant in pace* quando occurit. Nicolaus de Bralion a Merato Citatus P. 2. tit: 12. Nom: 13.

*Missâ finitâ* post ultimum Evangelium impertinenter non nulli

dicunt

dicunt Sacerdotes, *Consummatum est*, quod est contra Rubricam, quæ dicere hoc non præscribit. Est de Fide quod perpetuum Altaris sacrificium idem est Cum sacrificio Crucis Aræ in representando, & inessendo, ut docet Conc: Trident: ses: 22. Can: 2. *In hoc Divino Sacrificio incruente immolatur, qui in ara Crucis semel se ipsum cruente obtulit.* Optime S. Thomas Angelicus 3. p. q. 22. *Sacrificium quod quotidie in Ecclesia offertur, non est aliud quã quod ipse Christus obtulit.* Et S. Aug: Sol: Doctorum 1. sæculis dicit: *sacerdos ipse Christus offerens ipse & Oblatio: cuius rei Sacramentum quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificium* S. Aug: Hoc sacrificium Missæ multa & infinita Continet Passionis Christi Mysteria, quæ mihi ea hic placuit inserere. Et quemadmodum hoc sacrificium in tres partes dividitur. 1ma incipit in Principio ad Offertorium. 2da ab Ofertorio ad Consecrationem. 3tia a Consecratione usq; in finem, ideo omnes istæ Partes explanantur.

1mæ *Patris explicantur Mysteria.*

1mo. Dum sacerdos vadit, ad Altare cum Ministris, significat Christum Dominum ire ad Montem Oliveti cum suis discipulis Joan: 18.

2do. Orat sacerdos ingradu Altaris Ultimo, & sæpe se inclinat, ostendit Christum Dominum orantem in monte oliveti, & quod prosternebat orans facie sua in terram Matt: 26.

3tio. Dum a sacerdote Altare osculatur, signatur Judæ osculum præbentis Domino, & eum tradentis Judæis. *Marc* 14.

4to. Dum sacerdos ad Cornu Altaris progreditur ubi solet legi Epistola, signat Christum Dominum ductum a Judæis ad Annam. Joan: 18.

5to. Dum incipit voce clara Introitum, Significat Christum Dominum suam doctinam Coram Anna prædicantem. Joan: 18.

6to. Dum repetit *Kyrie eleyson* significat quod Christus Dominus ad interrogationes plurimas Pontificibus respondebat Matt: 26.

36. quod autem repetit homines *Kyrie eleison.* 1mo. in Laudem Trium Personarum SSmæ Trinitatis tribus vicibus. 2do. ut cum Choris Novem Angelorum Deus sit laudandus. 3tio sæpe repetitur *Kyrie eleison* significantur plura desideria Sanctorum Patrum veteris Testamenti.

7mo. Dum sacerdos legit Epistolam, significat Christum Dominum ductum ad Pilatum. Joan: 18.

8vo. Dum sacerdos vadit ad Evangelium legendum, significat ductum Christnm a Pilato ad Herodem Luc: 23.

9no. Post lectum Evangelium recedit sacerdos ad medium Altaris, significat Christum Dominum ab Herode revertentem ad Pilatum. Joan: 18.

10. Obvelat sacerdos Calicem significat Christum Dominum vestimentis denudatum. Mar : 15.

2dæ *Patris Mysteria.*

11. Dum sacerdos Panis & vini facit Offertorium, significat Christum Dominum propter nos offerentem se ad flagellandum Joan: 18.

13. Dum sacerdos infundit vinum & aquam in Calicem, significat quod è sacratissimo Corpore flagellato sangvis Christi effunditur.

13. Velat Palla Calicem, significat Christum spinis Coronatum,

14. Manus lavat, significat Pilatum manus lavantem, volentem se ostendi innocentem.

15. Dum sacerdos vertit se ab Altari dicendo *Orate Fratres* significat Pilatum Monstrantem Judæis Christum dicendo: *Ecce Homo.*

16. Dum sacerdos dicit secreta orans in silentio, significantur dolores Christi tam interni quam externi,

17. Per Præfationem, significatur Crucis baiulatio. Joan: 19.

18. Memento, significat dolores magnos Christi in monte Calvariæ.

19. Dum sacerdos ter super Calicem facit Crucem, significat tribus Clavis Christum Dominum in Cruce Confixum. Joan 19.

3tiæ *Partis Mysteria.*

20. Dum sacerdos elevat SSmam Hostiam & Calicem, significat Christum Dominum in Cruce elevatum.

21. Plures Cruces super Calicem & Hostiam, significant magnos dolores Christi Domini. Thr: 1.

22. Orat sacerdos pro Mortuis, Christus Dominus orat pro peccatoribus & inimicis. Luc: 23.

23. Orat sacerdos & percutit pectus suum dicendo: *Nobis quoque peccatoribus.* Christus Dominus Latroni remittit. Luc: 23.

24. Dicit sacerdos *Pater Noster* Christus Dominus septem in Cruce dicit verba.

25. Frangit sacerdos SSmam Hostiam Christus Dominus moritur in Cruce. Luc: 23.

26. Jmmittit sacerdos SSmæ Hostiæ particulam in Calicem, anima Christiti Domini descendit in Lymbum, ad Eph: 4.

27. Agnus Dei, significat Centurionem, & alios confitentes Christum Filium Dei. Matt: 27.

28. Percutit pectus dicendo: *Domine non sum dignus* significat plurimos in morte Christi percutientes pectora sua. Luc: 23.

29. Communio significat sacerdotis depositionē Corporis Christi in sepulchro. Matt: 27.

30. Ablutio & purificatio Calicis significat Ablutionem, & unctionem cum Aromatibus SSmi Corporis Christi. Joan: 16.

31. Vadit sacerdos ad Missale, significat Christi Resurrectionem a mortuis. Marc: 16.

32. Vertit se sacerdos ad populum dicendo. *Dominus vobiscum* Christus Dominus apparet Mariæ Magdalenæ & discipulis Luc: 24,

33. Dicit sacerdos Orationes, Christus Dominus gratiam suam discipulis elargitur.

34. Ultimum *Dominus vobiscum* significat quod Christus Dominus recedit asuis discipulis.

35. Dicit ſacerdos *Jte Miſſa eſt* ſignificat quod Chriſtus Dominus ante Aſcenſionem, in mundum Apoſtolos mittit pro prædicatione Evangelii.

36. Sacerdos Populum benedicit, Chriſtus Dominus aſcendit in Cælum, data benedictione Apoſtolis.

37. Legit Ultimum Evangelium S. Joannis, ſignificat S. Spiritus Miſſionem. Hinc nullo fundamento innixi aliqui ſacerdotes, quod finitâ Miſſâ, poſt Ultimum Evangelium dicere ſoleant: *Conſummatum eſt* quoniam Nulla Rubrica ( ut dictum ſuperius hoc præſcribit ) & patet quod inconvenienter his utuntur Verbis Chriſti Domini in Cruce morientis, Conſiderando prædicta ſacrificii Miſſæ Myſteria.

Hic adiungitur ſciri & obſervari neceſſarium, quod in fine Miſſæ poſt Concluſionem Orationis omnino Completam Orationis ultimæ, ſi plures dicendæ ſint, errant illi, qui properanter librum claudunt; indecore ante finem Orationis, aut etiam ante finem Concluſionis, eamq; memoriter recitando abſolvunt in via, quaſi ex impatientia finis, dum pergunt ad medium Altaris. Caveat ergo ſacerdos, ne recedat a cornu Epiſtolæ antequâm finierit Concluſionem, & Miniſter reſponderit: Amen. Tunc debet progredi ad medium Altaris ad Continuenda quæ ſpectant ad Complementum Miſſæ ſacrificii Ex Rubrica edita Berdiczoviæ 1777. Anno ſol: 225.

Quo ad Ultimum Evangelium S. Joannis, ad Verba: *Et Verbum Carafactum eſt*, ita Rubrica Miſſalis de ſervando Ritu Cap: 12. N. 1. ( *Sacerdos* ) *iunctis manibus legit Evangelium, Jn principio, vel aliud ut Convenit, cum dicit: Et Verbum Carofactum eſt, genu flectit verſum Connu Evangelii.* Si autem ſit Expoſitum SSmum Sacramentum, in eodem loco debet flectere, niſi aliquantum verſus Sacramentum unico tantum genu, abſq; inclinatione Capitis, ( quæ inclinatio nunquam debet fieri, quandocunq; utroq; genu transeundo Altare in quo eſt Expoſitum SSmum

Sacra-

Sacramentum post genuflexionem factam ) Errant ii qui finito Ultimo Evangelio cum iis verbis: *Et verbum Caro factum est.* vadunt ad medium Altaris & Coram SSmo Sacramento genuflectentes ea pronuntiant, surripientes genuflexionem unam. Jdeo melius est secundum Rubricam finito Evangelio in loco genuflectere aliquantulum versus Sacramentum, & post ad medium Altaris redeundo, hanc genuflexionem coram SSmo Sacramento iterare.

*Missa Completa redeundo ab Altari.*

Ad Sacristiam, a sacerdotibus debet dici Antiphona *Trium puerorum* cum Cantico *Benedicite* ( ut habetur in Missali de servando Ritu in Celebratione Missæ Cap: 12. N. 6. non vero *Te Deū laudamus*, nec post Missā Defunctorum Psalmū *Deprofundis*, ut aliqui faciunt aperte contra Rubrum Missalis, quod illud si diligenter perlegerent, omnia in eo Contenta facile observarent.

*Præmissis anterius de S. Communione adiunguntur quædam de SSmo Viatico.*

Viaticum SSmum dum infirmis fertur, Pyxis in qua est depositum, debet esse non proprio tantum velō, sed etiam debet cooperiri extremitatibus Veli oblongi Humeraralis. S.R.C. 12 Mart:1699.

Quo ad Eucharistiam SS. pueris administrandam, non eandem desiderari ætatem in pueris in mortis articulo versantibus, quæ in iis, qui recte valent. Jn morituris Judicio Parochi permittendum est, qui diligenti examine investiget, num tanta polleant perspicacia, ut Christum sub speciebus sacramentalibus, firmiter Credant, & adorent. De Synod Diæc: Cap: 12. § 3. Nov: Edit:

Recte valentes potiri debent maiori iudicii firmitate, ut debita Religione & Reverentia ad sacramentum accedant quæ plerumq; firmitas advenire solet annum decimum inter & decimum quartum ætatis Jbid: § 2.

Extreme ægrotantibus, eodem periculo mortis diutius perseve

rante, poteſt, & debet ſemel, iterum, tertio Viaticum Conferri petente maxime ægroto; ſed quoties, & quantum temporis intercedere neceſſe ſit inter unam & Alteram Communionem, nihil definiendum eſſe Censet Pontifex. De Synod: Diæc: Lib: 7. C. 12. § 4. Nov: Edit:

Ægroto impotenti SSmum Viaticum ſumere, non licet ſacram Particulam deferre ad eandem adorandam & deosculandam, quod fieri vetuit S. Pius V. & S. C. Concilii. De Sacr: Miſſ: Lib: 3. C. 19. § 4.

Morituro impotenti Euchariſtiam SS. ſub ſpecie Panis deglutire, non poteſt Sacramentum adminiſtrari ſub ſpecie Vini, neq; ſub ſpecie Panis intincti in vino Consecrato, ſed omnino relinquendus eſt non refectus S. Communione, cum Præceptum Viatici non obliget, niſi cum miniſtrari poteſt Ritu ab Eccleſia non prohibito, iſte vero Ritus ab Eccleſia Latina omnino prohibetur. Jbid: § 6. Viciſſim autem licite adminiſtratur ſub ſpecie Panis vino vel aqua non Consecratis madefacti, ut facilius deglutiatur. Jbid.

Consvetudo reis ad mortem damnatis negandi SS. Euchariſtiam ubi invaluit, neq; probatur, neq; refellitur, ſed ubi invaluit contraria, utiq; retinenda eſt, aliquid tamen temporis interponendum eſt inter Communionem, & mortem quo ſpecies SS. Euchariſtiæ Consumantur. De Sacr: Mis: Lib: 3. C. 20. § 6.

Si quis ſacerdos ægrotus Viaticum SS. Suscipere vellet ſuis manibus, atq; in ſuum os inferre non renuente ſacerdote damnari non meretur. De Synon Diæc: Lib: 13. C. 19. § 27.

Sacerdos in peccato mortali miniſtrans SS. Euchariſtiam graviter offendit in reverentiam tanti Sacramenti. Ex quo fit ut qui recipit ab illo SS. Sacramentum ſcienter peccato eius Communicet, quæ eſt animadverſio S. Thomæ De Sacr: Mis: Lib: 3. C. 19. § 2.

Ex quo infertur peccare illum graviter, qui Sacramentum SS, ſuscipit a ſacerdote ſchismatico, vel Excommunicato, ex eo quod eius peccato Communicat. Jbid: § 3. Hæc præmiſſa omnia de

Viatico

Viatico SS. & de hac administratione in mortali peccato SSmi Sacr: desumpta sunt ex operibus Benedicti XIV.

*Quoniam hic specialiter agitur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, adduntur necessaria ad Eius Honorem & debitam reverentiam observanda.*

*1mo.*

Exposito SSmo Sacramento intra apertum Tabernaculum in Pixide tectum, sex Candelæ saltem ardere debent S. R. C. Inst: Eccl: 30. § 21. Verum si extra Tabernaculum id fiat in Velato Ostensorio, tum saltem 12. Candelæ ardentes apponendæ. Ibid: § 23. ex Op: Bened: XIV.

*2do.*

SSmum Eucharistiæ Sacramentum dum est patenter Expositum, quamvis in Pixide tantum a transeuntibus genuflexio utroq; genu facienda S. R. C. 7. Maii 1746.

*3tio.*

Renovatio SSmi Sacramenti debet fieri qualibét Dominića non autem differri ad quindecim dies S.R.C. 5. Apr: 1753.

*4to.*

*Lampas Continuo debet ardere coram SSmo Sacramento*

Lampas ardens omnio retinenda est ante Altare SSmi Sacramenti S. R. C. 27. Aug: 1696. Hæc est non postrema Cura & obligatio Parochorum, & Ecclesiarum Rectorum ut Lampas semper Colluceat coram SSmo Sacramento quod Ecclesia demandavit. Cap: sane de Celebr: Mis: & in Rom: Rituali de Sacr: Euchari: in Rubr: 32. ibi: Parochus igitur summum studium in eo ponat, ut tum ipse hoc Venerabile Sacramentum qua decet reverentia debitoq; Cultu tractet, Custodiat, & administret, tum etiam Populus sibi Commissus religiose Colat. Et paulo infra § 6. Lampades Coram Eo plures vel saltem una die noctuq; perpetuo Colluceat, curabitq; Parochus ut omnia ad ipsius sacramenti Cultum ordinata, integra mundaq; sint & Conserventur. Porro cum Pa-

rochus

rochus negligat hanc Curam, & ex negligentia resultet gravis irreverentia erga Divinum Sacramentum, quod est Candor lucis æternæ, ipsumq; defraudetur debito Cultu, sequitur Parochum illum reum esse Culpæ mortalis, & puniendum arbitrio Episcopi Cleric: Tom: 1. de venerab: sacr: Decad: 38. N. 15. & alii plurimi Jbid: ab eo Citati, ubi adducit exempla punitionis Divinæ ob extinctam Lampadem. Hinc nonnulli imperite sunt persvasi, quod hæc obligatio solos stringit Parochos ut ardeat Lampas Continuo Coram SSmo Sacramento, ex eorum futili resolutione, sequeretur quod omnes aliæ Ecclesiæ ab hac obligatione excluduntur, ut sunt Mansionariorum, Hospitalium, Religiosorum &c. sed attendatur bene Decretum S. R. C. expressum superius, quod absolute & præcipit, ut sit Lampas ardens coram Augustissimo Sacramento retinenda, subintelligitur ubi asservatur. Attendantur verba præmissa ibidem statim apposita: *Hæc est non postrema Cura et obligatio Parochorum, & Ecclesiarum Rectorum &c.* ideo omnes quocunq; titulo Ecclesiarum sunt Rectores non tantum Parochi, ad hanc obligationem sub onere Conscientiæ adstringuntur. Si olim in veteri Testamento, mandavit Deus ut Coram Arca Domini quæ figura tantum fuit SSmi Sacramenti ut arderet ignis perpetuo, sic habet sacer textus: Levit: 6. *Jgnis in Altari semper ardebit, ignis iste est perpetuus*, quanto magis nunc ad Altare in quo SSmum Sacramentum reconditum, & nobiscum Deus in Tabernaculo ut in Arca Cohabitat, ardere Lampas debet, quæ significat Devotionem nostram, vivam fidem inextingvibilem, & Charitatem quam habemus Fideles erga hunc Divinissimum Sacramentum & hanc incessantem deinde significat permaximum in nos amorem Christi Domini in hoc SS. Sacramento, ex quo amore est paratus semper gratiæ suæ radiis ut est Lumen mundi, & igne suæ charitatis nos inflammare. Ex his indubitanter rationibus, dictante S. Spiritu hanc obligationem Ecclesia imposuit & demandavit, ut lampas semper Colluceat & ardeat coram SSmo Sacramento,

mento, ex his præmiſſis quilibet poteſt agnoſcere obligarionem hancce gravem eſſe.

# Notatum 10.

## *Onomaſticon ſeu Expoſitio Vocum Breviarij & Miſſalis.*

*ABSOLUTIO (pro ut ea voce in Breviario Romano ad matutinum utimur)* dicta eſt; vel quia Nocturnum abſolvatur, vel quia ſimul cum oratione Dominica immediate præcedente petimus absolvi: & mundari Corda, & Corpora noſtra ad audiendum Verbum Dei in Lectionibus quæ ſequuntur. *Gavantus putat*: Abſolutiones denominare ab Ultima & nobiliore 3*tii* Nocturni Lectione: *Avinculis peccatorum* noſtrorum absolvat nos Omnipotens & Miſericors Dominus.

*ADONAI* Hæbraice: vox trium, non quatuor Syllabarum: Latine Dominus ſonat: quia Deus ſolus per Excellentiam Dominus dicitur: quæ vox non ſine myſterio SSæ Trinitatis triſyllaba eſt.

*ADVENTUS DOMINI.* Eſt principium Anni Eccleſiaſtici ait: Quod S, Petrus inſtituit tempus Adventus Chriſti.

*AGIOS.* Græcum Sanctus, in Hymno Antiquo Adventus: Te deprecamur Agie, *ideſt Sancte.* Jta in Officio paraſceves: *Agios o Theos, Agios ischiros, Agios Athanatos: eleison imas.* Quod eſt: *S*anctûs Deus, Sanctus Fortis, *S*anctus & immortalis. *M*iſerere nobis. Quod non dicitur ſancte Deus &c. uti apud Latinos in vocativo, quia ſecundum Dialectum Atticam, quæ apud Græcos præcipua eſt, nominandi & vocandi Caſus ſunt ſimiles.

*ALBA* Veſtis Apoc: 1. dicitur: *Veſtitus Poderi* quaſi Pedalis, ſive talaris veſtis, quia pedes tangit. Hac utuntur Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri ad miniſterium Altaris. Et in veſperis ſolennibus Coram publice Expoſito SSmo Sacramento.

*ALLELUIA* vox *Hebraica* est, Latine: *Laudate Dominum* loco Alleluia, a septuagesima usq; ad Pascha, ex Decreto S. Gregorii *M.* Papæ dicitur Latinum: Laus Tibibi Domine Rex æternæ Gloriæ.

*ALMUS*. Epithetum Dei: quod omnes alat: sicq; salutatur B. V. M. *O Mater Alma Christi*: quod Christum aluerit.

*ANTIPHONA Latine* sonus oppositus, sive reciprocus, quia Antiphonæ in Choro nunc ab uno nunc ab altero reciproce & ex-opposito decantantur finitis Psalmis quasi Psalmorum resonantia.

*ANNIVERSARIUM Officium Defunctorum* quod tantum fieri debet semel elapso primo anno Ritu duplici, rel quis annis non item, quamvis sit dies anniversaria, sed Officium fit simplex & Missa ut in quotidianis. Quam *Rubrica Missalis* habet in Anniversario, non in anniversariis, & Rubrica Breviarii in anniversario die non diebus.

*AZYMUS Panis azymus sinefermento* Per translationem accipitur pro sincero & non elato. Unde S. Apostolus *Epulemur non in fermento veteri, neque infermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.*

*BASILICA Latine Regia*. Basilicæ enim vocabantur Regum habitacula, nunc vero Divina Templa; ideo Basilicæ nominantur, quia ibi Regi omnium Deo Cultus & sacrificium offertur. Primaria Templa nunc vocantur Basilicæ.

*BAPTISMUS BAPTISMA* S. Gregorius Papa agit: Baptisma Græco eloquio dicitur Latine unctio, lavacrum, quod ibi homo spiritu Gratiæ in melius immutatur, & longe alius quam fuit efficitur. Secundum antiquas Ecclesiæ Constitutiones, ponuntur Baptisteria ad latus dextrum, prope Navem Ecclesiæ.

*BENEDICTUS Zachariæ Canticum* in Officio Matutino *ad Laudes* dicitur, quia ipse loquitur de Filio suo Joanne, qui erat aurora solem Christum præcedens.

*BENEDICTIO petitur & datur* post absolutionem ante Lectiones

ctiones Nocturnorum. Estq; licentia, quam petit Lector, ut possit benedicere, sive pronuntiare Lectionem. Hisce verbis petit: *Jube Domne Benedicere*, idest iube, sive velis benedicere, quod est benedictionem impendere; vel potius divisim: Jube me per tuam deprecationem benedicere, sive proferre Lectionem sequentem, per quam Annnnciatur Verbum Dei. *Quod quomodo prædicabunt, nisi mittantur.* Jdeoq; Benedictio petitur a Lectore. Jn fine Lectionis dicitur: *Tu Autem Domine miserere nobis*, quasi Confitens Culpam suam in Lectione Commissam per distractionem. Chorus respondet: *Deo gratias*, pro pabulo spirituali, quod per Lectionem accepit, quia Prædicationis Verbum securius auditur, quam dicitur, ait S. Hieronimus Per *Jube Domne* intelliguntur ad Prædicationem euntes. Per *Tu autem Domine* inde revertentes.

*BREVIARIUM Græce Epitome. Latine* Compendium, summarium, seu Concisum opus: Breviarium Romanum est admirabile Mysteriorum Sacræ scripturæ Compendium. Continet autem Psalmos, inquibus permodum Laudis omnia Mysteria concluduntur, tum selectissima antiqui & novi Testamenti arcana, tum Patrum monumenta nobiliora, & præcipua sanctorum gesta, breves deniq; Orationes, seu Collectas, *a Summis Pontificibus ut plurimum Compositas.* Atq; indicat miro ordine, & varietate, quæ Preces quotidie dicendæ. Romanum dicitur, quia Continet Preces iuxta Ritum S. Romanæ Ecclesiæ.

*CANON.* Latine *Regula* Missæ, quæ & ideo dicitur Actio (*infra actionm*) quia in ea parte Missæ, quæ eadem semper est, Continetur legitimus ordo, fixa Regula, & quotidiana Actio ad Conficiendum Eucharistiæ SS. Sacramentum. *Canon*, quasi Centrum totius Missæ in medio Libri Missalis. Jn Canone Missæ dicitur: *Jnfra Actionem*, seu intra actionem, non quidem iuxta Regulas Grammaticæ, sed iuxta idiotismum quem adoptarunt Ecclesiasticorum quidam Librorum scriptores, dicunt enim infra Octa-



vam,

vam, quod fit intra Octavam, & in quibusdam Rubricis Antiquorum Missalium legitur: vinum infra Calicem infundendum, hoc est intra Calicem Ita Benedictus XIV. P.M. de sacri: Mis: Libr: 2. Cap: 12

*CANTICUM* Inter Psalmum, Hymnum, & Canticum, hæc est distinctio. *Psalmus* est Cantus triumphalis Operum Dei in generali. *Canticum* alicujus Divini Operis extra ordinarii encomium sicut Canticum Moysis, Annæ, Ezechiæ, 3. Puerorum, B. V. M. Simeonis, Zachariæ &c.

*HYMNUS* Est Canticum Laudis, Materia Hymni, est Laus Dei, vel sancti. Cantici, Gratiarum Actio, & gaudium Spirituale, ideo fractim & solemniter Cantica decantantur.

*CEREUS* seu Candela dicitur a Candore luminis, sive Ceræ albedine. Candelæ de pura Cera ad sacrificium Missæ accendi debent S. Hieronimus ait: *Qui Cereos accendunt, secundum fidem suam habent mercedem.*

*CEREUS PASCHALIS* Cereus iste refert Christum in Passione a Judæis quodammodo extinctum & in Resurrectione refulgentem. Quinq; grana incensi cereo infixa, referunt quinque Christi vulnera in Corpore Glorioso reservata. Accenditur Cereus Paschalis ex tribus Candelis in summitate arundinis distinctis, eo quod quamvis Trinitas tota Resurrectioni Christi allaboraverit, ea tamen uni Personæ Christi propriè adscribitur.

*CÆMETERIUM* Græce. *Latine* Dormitorium Cæmeteria enim sunt Dormitoria mortuorum qui ab Ecclesia ideo vocantur dormientes quia excitandi, & resurrecturi non dubitantur.

*CÆREMONIÆ* Vox antiqua Romanis usitata. Dicuntur Cæremoniæ, sive cerenomiæ, quasi Leges, in omnem Cultum Divinum Ordinatæ.

*COLLECTA* *Adiectivum substantivum.* Est oratio Communitatis in unum Collectæ. Oratio sacerdotis in Missa, ideo Collecta vocatur, quod ipse qui legatione fungitur pro Populo ad Deum, tanquam Legatus omnium petitiones ea oratione Colligat, atq;

in unum Concludat. Alii orationes, & Collectas distingvunt ita ubi plures Orationes in Missa dicuntur, quod primam vocent Orationem reliquas quæ sub uno, *Oremus* & unico *Amen* includantur, Collectas appellant. Collecta etiam ipsa Congregatio Populi dicitur. Alcuinus ait. *Illæorationes speciatim Collectæ vocantur, quæ sub Collectam Populi fiunt.*

*COMMUNIO ideo ab antiquis dicta fuit*, quia ab initio Ecclesiæ, omnes in Missæ præsentes de Corpore Christi participabant, quod Communicare dicitur nec proprie Communio dici potest, nisi plures de eodem sacrificio Communicent vide infra sub titulo *Oratio*.

*DECALOGUS* Græce: Decem sermones significat, alias præcepta, quæ in scripturis sacris; *Verba fœderis decem* appellantur.

*DIACON* Græce, Latine Diaconus. Hac voce Græca utimur die Parasceve: *Oremus pro Diaconibus*.

*DALMATICA est vestis* Diaconi. *Tunicella* est vestis Subdiaconi, eiusdem formæ, sed paulo minor. Dalmaticæ sunt laxis & apertis manicis, quia Diaconi ad hoc primo instituti sunt, ut pauperum Curam haberent, & liberalitatis est symbolum larga manica. Innocentius III. ait: Manicarũ latitudo largitatẽ Datoris demonstrat.

*DOMINICA* dies sicut in mundi Creatione sexta die homine iam plasmato die septimo Sabbatho dicto, ab omni opere, quod patrarat Deus requievit, ita in hominis reformatione Dominus Noster Dei Filius a Passione sua quiescens, die hac propter hoc Dominica vocata, Victor triumphans surrexit a mortuis, de qua prophetaverat David, & Canit Ecclesia: *Hæc est dies quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea.* Ideoq; omnes Dominicæ sunt quasi Commemorationes Resurrectionis Domini, in quarũ Officio, uti tempore Paschali, a primis Vesperis non flectuntur genua.

*DOMINUS VOBISCUM* Salutationis huius Divinissimæ efficacia est ab ipso Christo Domino, Qui dixit: *Matt: 28. Ecce ego vobiscum sum, usque ad Consummationem Sæculi.* Cui subdi-

tur statim a Circumstantibus: *Et cum spiritu tuo*, quasi hi optent sacerdoti, quod ipse illis optavit. Non dicitur: *tecum*, sed *cum spiritu tuo*, quia spiritualiter Officia Ecclesiastica fieri debent. Nam Deus in spiritu & veritate adoratur. *Dominus vobiscum* prohibetur a fæminis dici, quia vox Christi est, Qui est sacerdos sacerdotum, hinc tantum sacerdotibus, & Diaconis ad Evangeliũ duntaxat permittitur.

*DOMINUS*. Lector in Choro dicit: *Jube Domne benedicere* (*non Domine*) alloquens Officium facientem. Quia *Dominus* est titulus solius Dei præsertim in templo. *Domnus* est titulus Viri Præclari, Ipse Pontifex Maximus (de hac re scriptum superius ubi de Benedictionibus) respectu Dei vocatur *Domnus Apostolicus*. Solus autem Deus verus est Dominus. Hinc Episcopus &c. videatur de Benedictionibus superius.

*DEO GRATIAS*. Quinto S. Augustini Sæculo, solebant Religiosi cum hominibus occurrerent, eos ad gratias pro beneficiis a Deo acceptis agendas excitare, dicendo: *Deo gratias*, quod & nunc aliqui pii faciunt.

*DIÆCESIS* Græce. Latine Gubernatio, Jurisdictio, *Diæcesis nostræ*, idest Jurisdictionis nostræ.

*DIPTYCHA Erant Tabulæ duplicatæ*: Una Continebat vivorum, altera mortuorum nomina. In sacram: Gregoriano habetur: *Memento etiam Domine Famulorum Tuorum, qui nos præcesserunt, & dormiunt in somno pacis*. Et in Liturgia S. Marci Diaconus legit: Diptycha Defunctorum. Permansit huius rei tam pro vivis quam pro mortuis orandi Consvetudo in Canone Missæ per duplex *Memento*.

*DRAMA* Græce, Latine Actio, & rei alicuius repræsentatio: *Nobis dulcia Cantica dramatis* in officio B. V. M.

*ECCLESIA* Græce, Latine, Convocatio, cætus. Ecclesia Nomen quo ad sui naturam, importat Conventum Fidelium, pro loco ipso quo iidem Conveniunt accipi Consvevit. *Ecclesiastes*,

est Concionator, qui ad Cætum sermonem habet, etiam ponitur pro eo, qui sermonem audit.

*ENCÆNIA* Græce, Latine Renovo, Festivitas est Dedicationis Templi. quia singulis annis renovatur.

*EMBOLIS* sive *Embolismus*. Latine Intercalatio, sive Insertio. *Februarius* mensis Embolismalis dicitur, quod huic Mensi singulis quadrienniis dies inseratur. Sic Annus *Embolismalis* vocatur, quando Completis 30. *Epactarum* diebus mensis unus post tres annos subtrahitur, & est spatium decimum tertium Lunationum constans ex 364. diebus. *Embolismata* sunt diversi panni: hinc inde Consuti, huic fere simile est, quod sequitur.

*EPACTA* dies aliunde asscitus, adventitius, intercalati dies Epactæ vocantur 11. illi dies, qui singulis annis adiiciuntur Anno lunari, ut cum solari conveniat. Vide in Breviario de Epactis & Noviluniis.

*EPOCHA* Græce, Latine Æra, Relatio Annorum, aquo anni numerari incipiunt.

*EPIPHANIA* Dies apparitionis Christi In hac Festivitate Canit Eccesia, in *2dis* Vesperis ad Magnificat Tribus miraculis ornatum diem Colimus &c.

*EUANGELIUM* ( scribi debet per Uni vocalem Euangelium) Latine Bonū Nuntiū sonat. Angelus idem quod Nuntius: *Euangeliso vobis gaudium Magnum*, idest Annuncio.

*EUCHARISTIA* Latine Bona gratiarum Actio ab Ecclesia sic vocatur, & offertur a sacerdotibus in sacrificio Missæ Patri æterno, in gratiarum Actionem pro Filio suo ad nos misso: Qui sacramentum istud Deo Patri gratias Agens instituit. *In hoc Divino Mysterio plura Meditare*. Ut est unum sacrificium omnes differentias Hostiarum implens. Ut est Sacramentum pro mundi vita.

*FERIA* Festum Feriæ, Dies Festi Feriati, idest quod ab opere vacare. Hinc in Lectionibus Breviarii de S. Sylvestro habetur.

Quod

Quod Sabbathi, & Dominici diei nomine retento, reliquos hebdomadæ dies, Feriarum nomine distinctos appellari voluit, quod significaretur quotidie Clericos abjectâ Cæterarum rerum Curâ, uni Deo prorsus vacare deberi.

*FESTUM* Festa, solemnitates, Celebrantes & Natalitia Sanctorum eadem fere sunt. Jn Maioribus Festivitatibus antiqui precabantur invicem, felicia Festa uti adhuc fit hodie. Et vocabantur Festivæ precationes, & ad absentes per Literas eius modi precationes mittebant.

*GLORIA PATRI & FILIO & SPIRITUI SANCTO.* Hunc Intercalarem versiculum post singulos Psalmos, dicitur S. Damasus Anno Christi 367. ordinasse Ut si Phantasia nostra inter psallendũ vagata fuerit, saltem in fine Psalmorum singulorum ad Deum Convertatur. Incipit omitti in Dominica Passionis *Gloria Patri* in Responsoriis: quia Judæi adhuc tantum voluntate, & lingva Christum occiderunt, sed & tribus diebus ultimis *Hebdomadæ Sanctæ* Jllum ipso facto pati fecerant, & tunc omittitur in toto Officio.

*GRADUALE* Canticum ita dictum, quia Cantabatur in Choro, dum Diaconus ad recitandum Evangelium Ascenderet gradus Pulpiti.

*HÆRESIS* a verbo eligo, Sector, quod eligit pertinaciter tenet. Cicero, in ea est hæresi, id est mentis electione. *Secta* est Latine a sectando. *Schisma* a Verbo scindo.

*HOMILIA* Latine Colloquium, Collatio. Jn tertio Nocturno ad Evangelium dicitur *Homilia*, quia est Collatio alicuius Sancti Patris ad explicandum Euangelium sermo autem dicitur in 2do. Nocturno, quia ibi nihil ex Evangelio explicatur, sed sermo tempori Conveniens profertur.

*HOMOUSIOS* ( Martyrologium 15. Julii ) Latine Consubstantialis, unus, Jdem, unius Substantiæ.

*HORÆ.* Sacri Officii dicuntur, quia terminatis, & distinctis intervallis, ex Instituto Ecclesiæ recitantur. *Canonicæ* idest Regulares.

lares, quia iuxta Regulas ab Ecclesia præscriptas cantari debent septem Horæ Canonicæ, ab Ecclesia tam Græca quam Latina ad orandum quotidie observabantur Docet *S.* Hieron: Comment: in Job: *Hostis ille antiquus, septem spiritus assumit, nequiores se, adversus quos prævalere non possumus, nisi septiformis Gratia Spiritus S. adiuti. Itaque ad impetrandam septiformem Gratiam, septies Deo sacrificium Laudis offerri mandavit Ecclesia, iuxta illud Davidis, septies indie laudem dixi tibi Psal:* 118.

*HOSTIÆ* Dicebantur apud veteres *Sacrificia*, quæ fiebant, dum Contra hostem pergerent. Ita nostræ Hostiæ sacræ Contra diabolum humani generis hostem nos armant. *Victimæ* erant, quæ post victoriam victis hostibus immolabantur. Hinc Hymnus Ecclesiæ de Christo post Resurrectionem Victore: *Victimæ Paschali laudes immolant Christiani.*

*HYMNUS* Sumitur pro Carmine, aliaq; metrica oratione, in honorem & laudem Dei Composita *S.* Aug: in Psal: 72. ait: ut sit Hymnus habeat hæc tria. E: Laudem, & Dei Laudem, & Canticum.

*HYMNODIA* est laudatio Dei, quæ fit Cantu. Distinctio inter Hymnum et Psalmum ea est: quod *Psalmi* vocentur, quos a David Compositos accepimus, & nullo metro Latino (ut nos Cantamus) constant. Hymni vero a diversis SS. Patribus Compositi, suis Metris in luduntur. Quod autem Psalmi fuerint Metro Hebræo Compositi, omnium DD. est sententia unde *S.* Hieronimus ad Paulinum ait: *David noster simonides, Pindarus &c Christum Lira personat.* David simul & ludebat Cythara, & Canebat in voce Psalmi, imo & saltabat, prout fecit ante Arcam. Et adhuc Hispani faciunt Coram SSmo *Sacramento.*

*JNDICTIO.* est 15 annorum revolutio: Cæperunt autem Indictiones a tempore Constantini magni Anno Christi 333. cum victo *M*axentio, Religio Christiana in Libertatatem vindicata fuit. Et Nicæni Concilii Authoritate constitutum est, ut sublatis Olympiadibus & Lustris Annorum ratio ab eo tempore per Indictiones inicetur.

*JNTROITUS* Principium Missæ dicitur, quando sacerdos ad Altare Dei accedit, paulo ante enim dixerat: *Jntroibo ad Altare Dei.*

*JUBILEUS* Annus est remissionis, qui septennis Annorum Hebdomadibus, idest 49. annis texitur Et recte annus ille Jubilæus dicebatur, erat enim maximæ Jubilationis, & lætitiæ, multi præsertim miseri vehementi desiderio expectabant. Nam servi omnes omni libertate donabantur, eo Anno debitores ad solvendum Constringi non poterant. *JUBILÆUM CHRISTIANORUM.* ante Annum 1300. nullum erat donec Bonifacius VIII. illud Centesimo quoq; Anno Celebrandum indixit, quod & insculpsit Tabulæ marmoreæ ad Fores Vaticanas. Tantum Xistus IV. Anno 1475. annorum 25. Spatio illud definivit, & Primus Celebravit, hicq; numerus Communi dein approbatione receptus, etiam num obtinet.

*KALENDÆ* Singulorum Mensium primi dies. *Nonæ* dictæ sunt, quia novem diebus ab Jdibus sequentibus distant. *Jdus* dicuntur, ab Antiquo verbo *iduare*, quod est dividere, quasi in duo dare, quia ipso die *Jduum* Mensis dividitur, & incipit Computatio a Kalendis Mensis sequentis.

*KYRIE ELEISON* Græce, Latine: *Domine miserere.* Post Apostolos Hebræos Hierosolimæ, cæperunt Græci Missam Celebrare Antiochiæ, deinde Latini Romæ. Tres autem Lingvas nos Latini in Missa adhibemus, ad honorandum Titulum Christi Crucis, Hebraice, Græce, & Latine scriptum. Hebraicæ voces sunt: *Alleluia Hosanna, Sabaoth, Amen.* Græce. *Kyrie eleison, Euangelium, Epistola, Canon.* Latina Lingva est postrema, sed quamvis Ultima, proxima tamen fuit Christo in Cruce pendenti.

*LAUDES* dicuntur quod aperte Laudem resonent Divinam. Nota: Quando Laudes dividuntur a Matutino, præmittendum eis esse: *Pater noster &c.* ut fit in aliis Horis. Et scito: Jnitium illud: *Deus in adjutorium* ideo *Laudibus* datum est, ut ex iusta Causa Matutinum a Laudibus dividi posset.

*LITANIÆ* vox Græca, Latine: *Rogationes*, maiores dicuntur in Festo S. *Marci*, eo quod ex Instituto sunt S. Gregorii Papæ. Minores ante Ascensionem Domini, & quod ab Episcopo Viennensi sunt institutæ, & a tota Ecclesia acceptatæ. Videatur in Agenda Provinciali Poloniæ.

*LATRIA* Cultus qui debetur Deo, *Dulia*, Cultus Communis Sanctorum, *Hyperdulia*, Cultus qui exhibetur Deiparæ, quasi plusquam *Dulia* supra Communem Cultum.

*MARTYR* Græce, Latine Testis quod nomen & si posset sumi etiam pro illis Confessoribus, qui Christi Fidem sine sangvinis effusione sunt testati, Communiter tamen ab Ecclesia in Officio sumitur pro illis, qui id effuso sangvine præstiterunt, & pro Christi Nomine passi sunt.

*MARTYRIUM* idest Passio, cuius est triplex genus: 1*mum* voluntatis & effectus, quale fuit *S. S*tephani 2*dum* Voluntatis quando effectus mortis non est secutus, quale fuit S. Joannis Evangelistæ, de quo S, Hieronimus lib: 1. contra Jovinianum ait: quod fuerat relegatus *ob Domini Martyrium*, & in ferventis olei dolium Missus. *Idem ex Tertuliano* 3*tium* solum effectus & non voluntatis, quale fuit SS. Innocenium, qui voluntate caruerunt,

*MARYROLOGIUM* ac si sermo de Testibus, quia initio Ecclesiæ tantum pro Christo Passorum acta in Martyrologium referebantur, & Festum OO. Sanctorum erat primo Omnium Martyrum, ac Templum Panteon dictum vocatum fuit ad *M*artyres. Triduo Hebdomadæ sanctæ omittitur Lectio *M*artyrologii, quia Christi passionibus iam nimis intenti sumus, de Passione aliorum sanctorum nihil Cogitantes præmitti debent ante omnia alia.

*MANIPULUS* (qui ante dicebatur orarium, mappula, sudarium, cingulum, brachiale, mantile, linteum, Cincticulum) proprie est manualis herbarum fasciculus, quantumquis manu apprehendit & decerpit, nunc in Ritibus Ecclesiasticis pro insigni Subdiaconi accipitur, sicut Diaconi stola, & Casula sacerdotis. Usus

manipuli erat ad tergendum os, & oris pituitam, quo in Primitiva. Ecclesia utebantur sacerdotes ad siccandas lachrymas, quas tempore sacrificii ex devotione fundebant, quod quia e brachio prope manum sinistram pendebat, manipulus dicebatur, quasi manui applicatus. Antiquitus fiebat ex lino, nunc fit ex eodem panno, ex quo Casula.

*MANUUM IMPOSITIO* Meminerit sacerdos quod potestatem, quam habet acceperit ab Episcopi Manuum super Caput impositione quam in sacrificio *Missæ* adhibet, manus extendens super oblata, dicens extensis manibus: *Hanc igitur oblationem servitutis Nostræ &c* ut ostendat intendere se exercere suam Potestatem super Oblata, eam eodem gestu, quo accipit adhibens.

*MATUTINUM* (subaudi Officium) *a Matute* seu aurora dictum, quod proprie sunt illæ Laudes, quæ cedunt Nocturnum Officium, unde Hymni Nocturnales, *Matutinales* audiunt eo, quod in eis noctis, vel Auroræ aut lucis orientis fit mentio, ut Consideranti patet.

*MEMORIA* Ex Institutione *S.* Anacleti PP. idem sonat ac locus sepulturæ; pro Martyrio, Confessione passim sumitur. Orare ad Memoriam B. Petri vel Pauli, idest: ubi S. Petrus vel S. Paulus est sepultus.

*MISSA* idem quod Græce *Liturgia*, sacram actionem eamq; publicam denotans, ab Hebræo *Missach* spontaneam oblationem sonante; aut potius vulgari voce a dimittendo deducta. Unde dicitur: fit: Missa Catechumenis idest: dimittuntur Catechumeni.

*MISSA AUREA* Est Missa Votiva de B. V. *M.* tempore Adventus Solemniter Cantata. Celebratur summo mane ante omnes alias Missas ob Excellentiam *uni* Mysterii nostræ Redemptionis, quod est Jncarnatio Filii Dei, Cuius ad præsens in Breviario & Missali nulla est mentio. Meminit tamen eius Mierologus antiquus Author de observationibus Ecclesiasticis Cap: 48. Tum Chronicum S. Godch post 408. *Missam singulis annis instituit de*

*Beata*

*Beata ſemper Virgine* MARIA, *quam ob ſuam Magnificentiam Auream vocamus.*

*MISSALE* vox a Miſſa deducta, antea Liber *Myſteriorum Sacramentorum*, imo & ſacramentale dicebatur, Eſtq; Codex for, mam, ordinem, Partes, Ritus & Cæremonias Miſſæ complectens a- præſcribens, uſus eius Antiquiſſimus; Nam iuxta Baronium *ex Proc clo Conſtantinopolitano Epiſcopo* in annal: 102. Anno S. Clemens quem acceperat a S. Petro Ritum offerrendi ſacrificium, Miſ- ſam nempe ipsam Romanæ Eccleſiæ ſcriptis Conſignaſſe, dicitur.

*MONOTELITÆ* Erant Hæretici a *Græco* ſic dicti, quod unam voluntatem in Chriſto prædicarent, Contra quos fuit Concilium oecumenium Conſtantinopolitanum ſub *S.* Agathone Papa 681. Anno,

*NAZARÆUS, NAZARENUS* ex Hebræo ſeparatus, ſanctificatus, floridus, Coronatus, imo & unctus Domini, unde ſacerdotes Nazaræi dicti, quod eſſent uncti oleo, quia *Nazar* ſonat oleum.

*NEOPHYTUS* Ex Græco. Novum germen, & novitius ſonat. Unde S. Auguſt: in octava Paschatis ad Neophytos: *vos alloquor novella germina Sanctitatis.* Proinde inique & ſcandalose loquuntur illi, qui Conversum ex Judaismo Dicunt, *Przechrzta*, ac ſi ex uno Baptismo in alium tranſiret. Cum itaq; Baptismum novæ Legis nullus alius præceſſerit ut ſacramentum, ideo ſic dicere eſt Judaisare quod abſit a Fidelibus. Noverint itaq; Fideles, quod Neophytus ex ſuo etymo ſonet, *Nowochrzczony*

*NOCTURNUS* ſubauditur Cantus, Nocturnum, ſubauditur Officium. Nocturni tres in feſtis dicuntur, ad Ritum trium primarũ Noctis vigilarum, Laudes vero 4tæ Vigiliæ reſervabantur. Quod & Antiqui Chriſtiani fecerunt, dum ter ſingulis Noctibus ad canendum Deo ſurgebant Hodie non dividuntur Nocturni; imo & Laudes iis iunguntur Consvetudine vim Legis habente, & ſignificatur una Eccleſia iuſtorum omnium ante Legem, ſub Lege, &

post Legem. In Feriis autem est unum Nocturnum, quia Officium fit cum minori solemnitate.

*NOVENA* a novendio seu novem dierum spatio deducta Celebritas. In Ritibus Ecclesiasticis nullibi habet locum, præterquam in obitu summorum Pontificum, ubi *Novendalia* celebratur id est 9. diebus Exequiæ.

*NUMERUS AUREUS* propter Excellentem, & quasi aureã utilitatem quam continet, sic dictus, quem Romani a Chaldæis acceperunt, & propter eius utilitatem & facilitatem in elongationibus & Conjunctionibus lunæ cum sole Cognoscendis. In Kalendario suo aureis literis descripserunt.

*OCTAVA* dicitur, est Celebritas, quæ ab 8. dierum spatio de illa de qua Rudolphus prop: 19. ait *Magnitudo Festi a nobis exigit, ut & prius illud incipiamus, & tardius terminemus: prius autem dicimur incipere, quo vigiliæ Officio prævenimus: tardiusque terminamus, cum ad Octavam diem Festum protendimus.* Hic Ritus Ecclesiæ continet in se Mysticam significationem de vita præsenti & futura: Ita ut dies septem octavæ significent tempus huius vitæ, quod septem diebus Cõnstet, quæ reassumuntur singulis septimanis, estq; continua septem dierum vita, octava autem dies clarificabit nos in vita & beatitudine æterna, quæ etiam Clarificat Innocentes Sanctos quorum dies octava est lætitiæ, cum prima fuisset tristitiæ. Unde *Te Deum laudamus*, Prima non Cantatur sed octava.

*OFFICIUM* quasi efficium, quia Convenit suum efficere Officium. *Divinum* dicitur, quia Deo fit: & est proprius Actus eorum qui Deo sunt dicati, seu devoti. *Ambrosianum* a S. Ambrosio suo Actore, qui plura in Divino Officio constituit, secundum usum Græcorum, quæ a Romanis abrogata sunt, & solis Ambrosianis sive Mediolanensibus permissa. *Gregorianum* ab Ecclesia Romana est usitatum, & omnibus permissum, imo mandatum SS. Gregorius M. ornavit Ecclesiam Sanctissimis Institutis & Legibus, ubi ait Breviarium 12. *Martii.*

ORATIO

*ORATIO* ab ore dicitur, quia exterius ore fit, quod apparet hominibus, interius autem fit Corde, quod soli Deo paret, unde eius divisio in vocalem & mentalem venit. Hæc in Quadragesima super Populum est specialis, & a Post Communione distincta, ut imploret Divinum Adiutorium, iis etiam qui præsentes Missæ non Communicarunt. Jn Dominicis diebus non dicitur, quia genuflexio vitatur, quæ ad hanc orationem exigitur, dum proclamatur a Diacono: *Humiliate Capita vestra Deo*. Merolegus Cap: 51. de obser: Eccl:

*OREMUS* Vocatur indictio orationis. S. Aug: Epist: 106. ad Vitalem: *Oremus dicitur ad publicum Orationem, ut invitentur omnes ad orandum*.

Hæc huiusq; per continuos tres annos in Rubricellis ad Annum 1771. sunt impressa, reliqua sub secuturis Literis Alphabeti edi appromissa, sed non effetuata ad hoc tempus.

*Oratio Præcepta a summo Pontifice &c.*

Oratio præcepta a summo Pontifice vel ab Episcopo quo loco poni debet? Quando tertia Oratio in Missis est ad libitum, & ex iussu summi Pontificis, vel Episcopi debet apponi specialis aliqua oratio pro publica indigentia videlicet Contra Turcas, seu ad petendam serenitatem aut Pluviam &c. hæc oratio debet recitari ex Præcepto 4*to*. loco, non omissa 3*tio*. loco quæ est ad libitum, seu pro Devotione sacerdotis eligenda S. R. C. 17. Aug: 1709. in Festis autem 1*mæ* Classis, omnes Collectæ assignatæ ab Episcopo vel a summo Pontifice non dicuntur S. R. C. 28. Aug: 1627. Jn aliis autem 2*dæ* Classis communior usus Ecclesiarum Jnsignium Urbis, ( idest Romæ ) est, ut neq; dicatur in Privatis Missis, nedum in Missa solemni, a qua sola excluditur Commemoratio de Festo simplici, quæ Consvetudo mihi placet ait Merat: P. 1. T. 9. N. 12.

*Oratio ad libitum, quomodo intelligenda.*

Circa orationem *ad libitum*, quæ notatur 3*tio* loco in Missali, observandum, quod non hoc sensu dicatur *ad libitum*, quasi

possset dici vel non dici 3tia oratio, sed quod una ex diversis Orationibus, post Votivas Missas positis, possit ad libitum Celebrantis dici, præter eam tamen, quæ forte est ex Præcepto dicenda Episcopi.

*Oratio SS. Plurimorum.*

Oratio quæ est & dicitur in Festo SS. Fabiani & Sebastiani non est alteranda, ita ut tantum de S. Sebastiano recitetur etiam in propria Ecclesia eidem dicata S. R. C. 6. 7br: 1603.

*ORATIO S. Josephi in Festo Desponsationis B.V. M.*

Jn quibusdam Breviariis & Missalibus adjungitur & notatur Oratio de S. Josepho in Festo Desponsationis B. V. M. Contra Decretum *S. R. C.* emanatum 16. Febr: 1737. Jdeoq; hoc deleatur ne inposterum erretur.

*ORATIO A Cunctis habet Literam* N. *quid illa notat,*

Litera N. in Orationẽ *A Cunctis* posita, exigit expressionẽ Nomiminis Patroni seu Tutelaris Ecclesiæ ubi Missa Celebratur. Quodsi plures fuerint Titulares vel Patroni, Considerandum est utrum sunt juncti simul per se, & per modum unius ut sunt *vg.* SS. Gervasius & Prothasius, SS. Joannes & Paulus, &c. vel utrum sunt uniti per accidens, ut sunt SS. Venceslaus & Stanislaus. Qui sunt juncti perse ambo nominandi, sunt simul ut SS. Gervasius & Prothasius qui se habent per modum unius. Si sunt juncti per accidens ut SS. Venceslaus & Stanislaus, is tantum nominandus est in Oratione *A Cunctis,* qui Principalis Consideratur, aut de Cuius nomine Ecclesia nuncupatur. Sive Ecclesia sit Dicata SSmæ Trinitatis, vel S. Cruci, vel SSmo Salvatori, vel alicui Sancto ex nominatis iam in Oratione *A Cunctis in illa litera* N. tunc potest exprimi nomen alterius Sancti cuius præcipua memoria vel insignis Reliquia habetur in dicta Eclesia. Si vero non adsit aliquis eiusmodi, tunc nominari potest alius sanctus pro arbitrio & devotione sacerdotis Celebrantis, Merat: P. 1. Tit: 9. Num: 3. Ubi autem est Patronus Ecclesiæ S. Michael Archang: vel S. Joannes Baptista eius nomen præponitur

tur Apostolis S. R. C. 1620. similiter ex Decreto Edicto a Benedicto XIII. die 19. 9bris 1786. Nomen S. Josephi in Litaniis Sanctorum Collocatum est, ante Nomina SS. Apostolorum, exinde inferendum est, quod in oratione *A Cunctis*, si S. Josephus sit Patronus, vel Tutelaris Ecclesiæ. eius Nomen præponendum est dictis Apostolis. Et Colligitur ex Decreto S. R. C. 11. Maij 1743.

ORATIO *in Anniversario Consecrationis Loci Ordinarii.* Ex Præcepto Cæremonialis Episcoporum lib: 2. C. 15. Quilibet sacerdos debet dicere in Missa Collectam ut in Missali post Votivas in die Consecrationis, hoc extractum ex Rubricella Diæcesis Luceoriensis anni 1770.

*Orationes sive Collectæ quomodo Concludendæ.*

Compertum est quod Nonnulli sacerdotes dum dicunt sive Cantant Missam. non attendunt, quod impertinenter Concludunt Orationes sive Collectas. Concludunt enim illas: *Jn unitate eiusdem Spiritus Sancti* quamvis est oratio de Deo Patre, vel Filio. Jn Rubro Missalis sat docetur bene & expresse quomodo sint Concludendæ, tenore tali *De Orationibus* Cap: 9. Num: 17. Jn Conclusione orationum hic servetur modus Si oratio dirigatur ad Patrem Concluditur: Per Dominum nostrum Jesum &c. *in unitate Spiritus Sancti. NB.* non *in unitate eiusdem Spiritus Sancti* quia in oratione nulla de Spiritu S. est mentio. Si Oratio ad Filium, Concluditur: *Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti* similiter *non in unitate eiusdem &c.* quia hæc oratio nullam habet Spiritus Sancti mentionem. Si in principio orationis fiat *Filii* mentio, Concluditur: Per eundem Dominum nostrum & qui tecum vivit & *regnat in unitate Spiritus Sancti &c.* Si autem Spiritus Sancti facta est mentio in oratione, oratio debet Concludi: *Jn unitate eiusdem Spiritus S. &c.*

*Orantium peccatorum tria sunt genera.*

Alii scilicet in statu peccati mortalis degunt, & se Credunt Contritos quamvis non sint, eorum Oratio rite instituta, a Deo exauditur

xauditur

xauditur. Alii quidem dolent de peccato, sed non ita ut ab eo se expediant; si vero ut eniti, at se liberare valeant, si ideo Deum deprecentur ea saltem impetrabunt, quæ ad æternam salutem suam pertinent. Sunt autem qui non dolent de peccato, nec enituntur, ut e statu illo exeant, imo nec volunt, si quid illi petierint a Deo vel spirituale vel temporale, raro exaudiuntur. Jta ex Suarez Ex oper: Benedict: XIV: Jnst: Eccl: 62, § 10.

*Oratoria Privata.*

Non obstante Decreto Clementis XI. fas est Episcopis Altaria erigere, ibiq; Celebrare, vel Celebrari facere extra suas domus in domibus Laicorum, quando ibi agunt permodum habitationis, velut si ibi sunt ocasione Visitationis, vel itineris, vel hospitio ibidem recepti. Const: 48. Bull: Tom: 3. Pag: 377.

Jndultarii Coram quibus potest Celebrari Missa in Oratoriis Privatis sunt illi qui nominantur in fronte, seu in Jnscriptione Brevis, illis non præsentibus Missa Celebrari non potest. *Jbidem.*

Si tamen in Corpore Brevis Nominatur aliquis Coram quo Missa Celebrari possit, etiam ipse non veniat in fronte seu in Jnscriptione Brevis, adhuc tamen præsente eo Missa Celebrari potest.

Sacramentum Pænitentiæ vetitum est ibi administrare,, vel ab ipsis pariter Regularibus Jbid: § 20.

Communio sacra non potest ibi administrari, nisi accedat Episcopi licentia Jb: § 23.

Jn præfatis Oratoriis Celebrare non licet ubi iam unica Missa quæ in Jndulto Conceditur Celebrata fuerit, super quo Celebraturus tenetur diligenter inquirere, & de eo se optime informare: atq; illam etiam in casibus permissis celebrare nequit post meridem. S. R. C. 15. Xbris 1707. approbante Clemente XI. apud Meratum fusius videri potest, hoc Decretum in ima Parte N. 579.

Jn Privatis Oratoriis & Privilegiatis, non potest Celebrari Missa in Festis Solemnioribus, nempe, in Natali Domini Epiphaniæ, Feria 5ta in Cæna Domini, Paschate, Pentecoste, Ascensione Domi-

ni

ni Nostri JESU Christi, Annunciatione, Assumptione B. V. M. in Festo SS. Apostolorũ Petri & Pauli, & OO. Sanctorum S. R. C. 19. 9bris 1607.

*Oratoria Publica.*

Nullum ius assistit Parocho, ne in oratoriis Publicis intra suam Paræciam Missa Celebretur ante absolutam Missam Parochialem Ex Decr: S. Congr: Justi Eccl: 44. § 11. Potest tamen id vetare ordinarius *dummodo tamen Missa in Ecclesia Parochiali hora opportuna Celebretur.* Quæ verba sunt, Decreti S. Congr: Jbid: § 12.

*Ordo in occurrentia Festorum.*

Jn occurentia Festorum eiusdem Ritus, & alias quomodocunq; parium servetur talis Ordo: ut 1*mum* locum habeat Officium Ecclesiæ Particularis 2*dum* Ordinis seu Religionis, 3*tium* Diæcesis, 4*tum.* Nationis, 5*tum* vero Ecclesiæ Universalis S. R. C. 22. Apr: 1740 Particulare Officium Diæcesis vel Religionis, quod occurrit 25. Februarij, est transferendum in anno Bissexuli ad 1*mam* diem non impeditam, ut fiat Officium S. Matthæi Apostoli *S. R.* C. 7. 7*bris* 1750. Et si extra annum Bissextilem idem Festum incidat in Dominica Privilegiata, eodem Decreto resolutum a *S*, R. *C.* hocce Ao.

## Notatum II.

### *Parochus.*

*Parochi stricte ad Residentiam obligantur.*

Ad Residentiam tenentur Episcopi & Parochi ut ex Conc: Trident: Sess: 6. Cap: 1. de Refor: & Sess: 23. C. 1. adeo ut quo tempore non resident, non faciunt fructus suos, ut ex Const: 91. Pii V. Eo qua etiam Constitutione constat, si quo tempore illi non resident, obierint, de reditibus Ecclesiasticis disponere nequaquam posse, etiam si facultatem testandi obtinuissent. Inst: Eccl: § 4. & 5. Exoperi Bened: XIV.

*Parochis quod ad tempus permittitur se absentandi.*

Parochis mensibus duobus abesse permittuntur, sed de Licentia Episcopi, & relicto idoneo Vicario ab Ordinario Approbato, ut ex Trident: Ses: 23. Cap: 1. de Ref: Jbid: 7. pro absentia tamen modici temporis Sufficit licentia Foranei Vicarij. Jta ex Decreto S. Congr: Jbid: § 12.

Ad ex usandam non Residentiam non sufficit aeris intemperies. Si tamen Parochus ægrotaret; nec posset ibi ,ex defectu Medicorum Curari, tunc ad quatuor menses obtinere potest ab Ordinario Licentiam secedendi ad Loca viciniora, Vicario idoneo interim substituto, ut ex Decr: S. Congr: Jbid: § 15.

Nec excusantur Parochi, si ex eo absint, quod Paræcia distat tantum tribus Milliaribus a Civitate. Nac etiam nocturno tempore ibi resideant, & Celebrata summo mane Missa, tunc reliquum tempus agant in Civitate, relicto tamen idoneo substituto, idq; præstent per maiorē anni partem. Jta Decr:S.Congr:Concilii Jbid § 81.

*Parochus an ad tres Missas in Natali Domni pro Parochianis absolvendas obligatur?*

Nunquam decisum a S. R. C. reperitur, tenetur tamen ut obviet scandalo tres eadem die Missas Celebrare. *De sacr* Misi lib: 3. C. 9. N. 8. § 9. Præmissa omnia ex Operibus Benedicti XIV.

Q. *Parochorum quod est munus & obligatio?*

℟. Pascere oves Christi Doctrina, Exemplo bono, & Sacramentis.

Q. *Quo titulo obligantur Parochi administrare Sacramenta?*

℟. Triplici 1mo Titulo *obedientiæ*, ut pareant Præcepto Divino Eccclesiastico, & naturali, a quibus adstringuntur ad suam vocationem, seu Ministerium rite adimplendum 2do Titulo *Justitiæ*, ut serviant in spiritualibus sibi Concreditis ovibus, a quibus ideo Corporaliter aluntur. 3tio. Titulo *Charitatis*, ut Cooperentur proximorum saluti.

Q. *An sub gravi peccato obligatur animarum Curam habentes ad administranda Sacramenta.* ℟. 1. Citra omne dubiū cum obiectum huius obligationis de se grave sit, ipsaq; salus animarū sibi Concreditarum a tali administratione pendeat. ℟.

℟. 2do Possev: &c. DD. docent innodari talem peccato mortali qui non negat quidem Sacramenta, sed reddit se difficilem, ob iurgando aspere, si petatur, ut per hoc amoveat a frequenti receptione Sacramentorum oves suas.

Q. *An Parochus celebrans in Jrregularitate incurrat novam Jrregular:*

℟. Negat: sed toties mortaliter peccat, quoties celebrat.

Q. Quæ est obligatio Parochi tempore Pestis?

℟. Parochus ad residentiam materialem & formalem tempore pestis obstringitur, etiam cum periculo morbi Contrahendi ut ex Rescriptis *S.* Congr: a Gregorio XIII. approbatis: De Synod Diæc Lib: 13. Cap: 19. Jdq; verum est, licet sacerdotem idoneum provideat ut se absente eius vicibus fungatur Jbid:

Alii DD. resolvunt: Quod potest se cum facultate Episcopi subducere, substituendo alium idoneum, æque profuturum in hoc loco, in quo possit regere Curam gregis sui.

*Si* autem substituere non possit idoneum? non potest tunc uti privilegio Tritend: Conc: scilicet emanendi ad bimestre. Neq; tutâ Conscientiâ potest Beneficium resignare, est enim Conductus pro tali necessitate, sicut miles pro futuro prælio. Jta communiter Doctores. Obligatur ergo Parochus etiam cum periculo vitæ administrare in peste specialiter sacramenta *Necessaria necessitate medii*, idest *Baptismi*, si nullus alius esset; & *Pænitentiæ*. Non videtur tam gravis obligatio se extendere ad administranda sacramenta *Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis*, nisi æger aliis sacramentis iuvari nequeat. Lopez. &c.

Q. *Teneturne sacerdos non Curatus, vel Religiosus Cuiuscunque Ordinis tempore Pestis administare sacramenta. etiam cum periculo vitæ?* ℟. 1*mo*. si desit proprius Parochus, vel laboret peste, vel moriatur, tunc quicunq; sacerdos ex lege charitatis, & legalis iustitiæ tenetur CC. DD.

℟. 2*do*. Tenetur tunc, dum ad hoc munus protunc ab Episcopo

 deputе-

deputetur, vel ab eodem cogatur; cui tunc vel maxime quisq; sacerdos etiam Regularis (qui tunc tenetur magis Episcopum quam suum Superiorem audire) debet obedire, ut promisit in in sua ordinatione. CC. DD.

Q. *Quid agendum Curato dum peste (aut alio Contagioso morbo) infectorum Confessiones sunt excipiendæ?* ℟. *1mo.* Ante omnia Curet prius, ut domus infirmi purgetur ab aere infecto, fenestrarum apertione, suffitu ex iuniperis, aliisq; similibus mediis. *2do* Curet, ut si fieri possit, in loco libero, seu aere non infecto infirmus sit Constutus. Quamobrem ipsi etiam infirmi obligati sunt e cubili aut domo ad Confitendum ut egrediantur, si id sine gravi eorum incommodo fieri possit, Laym: si infirmus eggredi nequit in tali casu Communiter loquendo, accedere debet Curatus, poterit eum rogare, ut statim graviora confiteatur quædam, aliis omissis Lohn.

Q. *Sacerdotes tempore Pestis exponentes se periculo vitæ ad ministrando Sacramenta quam mercedem habent?*

℟. Maximam: in hac vita promotionem, in Altera pro his actibus Heroicis magnum expectant præmium, habentur enim ut Martyres. Jn Martyrologiis Rom: a Baronio edito legitur: *Commemoratio SS. Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum, qui tempore Valeriani Jmperat: cum pestis sævissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, libentissime mortem oppetiere, quos velut Martyres religiosa piorum fides venerari Consuevit &c.*

Q. *Parochus ex Beneficio quomodo disponere Debeat Proventus?* ℟. Jn honestam sustentationem sui, superflua vero cedere debent in Fabricam Ecclesiæ, & in subsidium pauperum, Consangvineis suis potest quidem Beneficiatus quivis dare aliquid de reditibus Ecclesiæ, sed tanquam pauperibus, ne solum indigeant. (mens S. Thomæ 22. q. 185. non autem ut ditentur.

Q. Parochus an plene Officio suo satisfecit, qui postquam moribundum munivit sacramentis, eum deserit nec ulterius visitat? ℟.

℞. Minime, quia quo vicinior est mors, eo magis salutis periculum ingruit a dæmone infestante, & tanto maior est Corporis, & animi infirmitas, ergo tunc maxime tenetur ex Officio Parochus saluti suorum providere.

*Parochorum Potestas.*

Q. *Parochus non dum sacerdos, quæ per se exercere in Ecclesia potest?*

℞. Omnia, quæ spectant ad Parochum, exceptis iis, quæ illum ordinem (quem nondum habet) concernunt.

Q. *Potestne Parochus suorum Parochianorum Confessiones audire in aliena Diæcesi, sine approbatione eiusdem Diæcesis?*

℞. Affirmative. CC. DD. apud Antoi.

Q. *Potestne Parochus quoscunque Religiosos Confessiones audire?* ℞. Affirm: si peregre veniant, quia prudenter supponere potest, illos non petituros, si facultatem non haberent, a suis superioribus confitendi coram extraneis. Non potest tamen eos absolvere a reservatis in Religione, nisi expressam licentiam haberent a suo Provinciali.

Q. *Potest ne Catholicus Parochus assistere Matrimoniis Hæreticorum, quos habet in sua Parochia* ℞. Potest, sed benedictio (maxime hæc quæ dari soleat tempore Missæ) non est danda.

Q. *Quæ sunt Jura Parochialia?* ℞. Jlla, quæ ita Competunt Parocho, ut a nullo Altero, nisi de eius, vel Episcopi licentia exerceri licite possint. Et talia sunt. 1*mo*. Benedictio Fontis Baptismalis, 2*do*, Administratio SSmi Sacramenti Eucharistiæ Tempore Paschali, 3*tio*. Administratio infirmis *Viatici &* Extremæ unctionis. 4*to*. Delatio stolæ in Processionibus & Funeralibus S. R. C. 25. Junii 1695. 5*to*. Acceptio Decimarum. 6*to*. Benedictio domorum in Sabbatho S. 7*mo*, Benedictio sponsorum. 8*vo* Publicatio matrimonii, & Festorum, Vigiliarum.

Q. *Quæ sunt illæ res, quas, si Parochus benedicere vellet, facultatem*

*cultatem ab Episcopo habere deberet?* ℞. Indumenta sacerdotalia ad Missam adhiberi solita, mappæ, seu linteamina Altaris, Corporalia, Vascula pro SSma Eucharistia Conservanda vel ad infirmum portanda, Cruces novæ, Imagines Christi Domini, B. V. M. & aliorum SS. Lapis Primarius pro ædificanda nova Ecclesia, novum Cæmeterium. Insuper nullam rem benedicere potest, ubi Unctio S. Olei intervenerit. Rit: Rom.

Q. *Quid Parochus tenetur successori suo derelinquere?*

℞. Annum gratiæ, hoc est quando cedit Beneficio, vel moritur In Januario, Febr: Mart: debetur ipsi tantum 4ta pars omnium redditunm iuxta valorem sui beneficii, sed successori relinquet frumenta æstivalia ad seminandum. Si in Aprili, Maio, Junio, debetur ipsi medietas. Si in Julio, Augusto, Septembri, debentur ipsi tres partes, sed de frumentis hyemalibus Successori relinquet ad seminandum. Si vero residuis Mensibus? habet totum huius Anni proventum Cedens, seu mortuus. Const: Synodales pag: 177.

*Parochis sive aliis curam animarum gerentibus Casus nonnulli scitu necessarii apponuntur.*

Q. *Quid faciendum Curato cum Pænitente Maleficiato?*

℞. *1mo.* Signa Maleficiati sunt hæc: *1mo* Si ægrotus magis horret cibos in occulto benedictos, quam alios. *2do* si laboret siti, aut fame, & tamen neq; bibere neq; manducare potest, neq; illi ullæ medicinæ aliquid prosunt, quæ in similibus prodesse solebant. *3tio.* Si ex ore eiusdem exeant quasi infernales fætores sulphuris, picis &c. *4to.* Si ex ventre eius procedant insoliti clamores ranarum &c. *5to.* Si per vomitum eiiciantur ranæ, vermes, acciculæ, vitra, & alia simil a.

*Circa Coniugatos solent hæc esse signa Maleficii* *1mo* Si maritus uxorem absentem satis diligit, præsentem vero odio habet. *2do.* Cum vir uxori, nec vicissim, appropinquare potest ad

habendum

habendum actum *Maritalem*, tunc signum est quod sagæ aliquod Corpus intermedium existat. *3tio.* Dum natura licet sit satis robusta, & tamen debilitatur, quando maritalis attentatur Copula. *4to.* Si uxor sit Capax, pro illo tamen tempore, dum tentatur Copula, subito ita Constringitur, ut penetrari nequeat. *5to.* Si maritus sit Capax ad coeundum Cum aliis, non vero cum uxore propria, etiamsi eam diligat &c. ℞. *2do.* Post peractam rite Confessionem cognito maleficio poterit Curatus facere Exorcismum, & illis remediis uti, quæ solent applicare communiter Exorcistæ, *ex Rituali.* Ante cubitum aspergendi sunt aquâ benedictâ, & aliis rebus Sanctis muniri debent.

Maleficio affectus potest uti balneo, seu lavacro ex variis herbis, Exorcismo præmisso, benedictis.

Q. *Quid faciendum Parocho, si aliqui accedant ad Confessionem quasi obsessi a dæmone?* ℞. ( *1mo.* Signa vere obsessi certa, & secura hæc sunt: si noscatur ante rudis & illiteratus, postea disputet subtiliter; si variis lingvis loquatur, quas nunquam scivit, si intelligat verba lingvâ ignotâ prolata: si vere occulta & remota intra brevissimū tempus annuntiet: si ante fuerat debilis, nunc supra modū robustus: si certo sciatur per aliquod dies minus manducasse, aut bibisse, & tamen fortis appareat: si insolitus & Contra naturalis tumor in Corpore appareat: si se cruentat, saxis collidat, in ignem mittat, nec ullum malum sequatur: si se aliquo instrumento lædat, & mox sine ullo remedio sanetur: si elevetur in aera: si ad sacra contremiscat, unde detur ipsi ad bibendum aqua benedicta, & non benedicta, vera aliqua Reliquia S. & frustum ligni in volucro, si sciat semper discernere? signum est veræ obsessionis.

Plurima alia sunt signa, in quibus, uti & in recensitis sit Curatus ex omni parte Cautus, ne in illis simulata malitia interveniat, præsertim in mulieribus, quibus non facile est Credendum. ℞ *2do* Si probabile signum adest? probet Ulterius Parochus tali *vg.* modo: privatè adhibitis 2. vel 3. testibus ( quod fieri potest sine scitu Epi-

piscopi

scopi ) disponat obsessum ad actum Fidei, una cum ipso oret: *Pater noster, Credo &c.* Invocato Spiritu S. ponet manum super obsessam personam cum fiducia ad Deum dicendo secreto præceptum illud: *Ego N. Minister Christi, & Ecclesiæ in nomine Jesu Christi præcipio vobis immundi spiritus, si qui latetis in Corpore hominis a Deo creati, vel si quo eum modo vexatis, ut statim mihi præbeatis aliquod signum evidens, & Certum præsentiæ vestræ absque nocumento quocunque.*

Simile præceptum formetur si persona obsessa vult aliquod sacramentum suscipere, & diabolus eam torquet: *Ego* N. Minister Christi & Ecclesiæ in Nomine Jesu Christi præcipio vobis immundi spiritus, ut hanc personam non vexetis, nec eam ad hoc Sacramentum N. accedere impediatis.

℞. 3*tio*. Habito autem evidentissimo signo veræ obsessionis, procedat Parochus ad expulsionem; si tamen velit exorcizare publice & solemniter, prius omnino licentiam ab Episcopo habeat, & quæ erunt tunc facienda, prolixam informationem reperiet. *in Rituali Maiori.*

Si nullum signum certum appareat obsessionis? Persona talis discrete Castigetur, & si est adversa, e finibus Parochiæ pellatur, ne Deum amplius offendat, Ecclesiæ illudat, homines præsertim infideles scandaliset.

Q. *Quid faciendum Parocho cum pænitente, si Confiteatur se esse subscriptum diabolo?* ℞. 1*mo*. Cautissime cum talibus procedendum est, ne ipsum Confessarium & sacramentum turpis lucri gratiâ illudant sperantes a Confessario se aliquid accepturos, maxime si dicant id factum esse ob paupertatem, & maximam miseriam.

Deinde attendat sacerdos, si non sunt sagæ, seu Personæ vitæ suspectæ, quæ iussu dæmonis solent absq; ulla verecundia peccata luxuriæ Confiteri, ut exinde ipsum Confessarium tentationibus repleant.

Aliæ

Aliæ personæ simulabunt se sagas esse, seu se posse nocere in vita, vel in sanitate iis, qui eas eleemosinâ non dignantur. Aliæ accusabunt se de horrendis & inauditis peccatis eo fine, ut sacerdos ex Commiseratione succurrat: in his & aliis similibus opus est magnâ prudentiâ hæc omnia discernere. ℟. 2*do*. Quod si nulla signa deceptionis appareant hoc modo cum talibus, sicut cum obsessis procedat. 1*mo*. Disponat pænitentem ad Confessionem perfectam. 2*do*. Detestetur pacta cum diabolo, illudq; per merita Christi annullet cum plena fiducia; nihil obstat & si dæmon non reddat Cyrographum, 3*tio*. Dicat cum eo Professionem Fidei ex Conc: Trident: 4*to*, Muniatur SS. Reliquiis. 5*to*. Oret frequenter cum dolore summo, ac sæpius muniat se signo S. Crucis cum aspersione aquæ benedictæ. 6*to*. Resistat fortiter tentationibus, neq; timeat terribiles aspectus diaboli. 7*mo*. Firmam fiduciam habeat in Deo & meritis ac Passione Christi, non de speret de salute. 8*vo*. Dum imminet tempus determinatum subscriptionis, huic sacerdos assistat personaliter, svadendo ante hoc tempus Confessionem denuo faciendam esse, & SS. Communionem. Utatur sacerdos Exorcismis huius Actui Convenientibus.

Q. *Quid faciet Parochus, si quæ Persona Confiteretur se esse veram Magam, seu sagam.* ℟. Talis examinanda est de Apostasia a Fide: de Idololatria; Diabolum enim loco Deum adorant: de blasphemia in Deum & Sanctos, de sacrilegio, seu abusu rerum SS, & Eucharistiæ SSmæ; de Commixtione luxuriosa cum dæmone, de damnis hominibus illatis, iisq; resarciendis; libri si quos habet, Comburantur; si ostendat Cyrographum, sacerdos dilaceret, & in igne comburat benedicto.

Finita Confessione repetat sacerdos cum tali dolorosam detestationem suorum peccatorum cum firmo proposito emendationis, ac renunciationem diabolo, & affectui eiusdem: dicat cum illo Professionem Fidei,

Moneat talem, quod per hanc renuntiationem, & Confessionem

feriam, omnia iam pacta diaboli solvantur, & subscriptio ei data penitus Cessat, etiamsi Cyrographum datum amplius non reddet. Tandem detur absolutio (habita facultate) ab omnibss Censuris & peccatis. Et quia tamen solet dæmon infestare, muniatur rebus sanctis.

Q. *Si intra Confessionem prædicta Persona fateatur aliquos infantes in nomine diaboli, alio quovis modo invalido baptisasse?*

℟. Obligabit illam sacerdos, ut sibi id extra Confessionem manifestet, ut talibus in remedio salutis summe necessario subveniri possit

Q. *Si dicat se SS. Hostiam in terra servasse?* ℟. Si non pridem hoc factum sit? Curet sacerdos proposse invenire. Si vero longo iam tempore commendabit hanc rem Deo, quia in loco humido supponitur species Panis iam Corruptas esse.

Q. *An Parochus debet tolerare Consvetudinem probandi sagas per aquam?* ℟. In Polonia statutum est in Constitut: Anno 1543. Causam incantationis & Magiæ ad iudicia spiritualia pertinere; Probatio autem per aquam omnino illicita est,

Q. *Quid faciendum Parocho, si vocetur ut spectra diabolica, vel magica expellat a domibus, quæ infestantur.* ℟. Debet præ primis attendere, & examinare, omnes circumstantias loci, temporis, personarum &c. an sint vera spectra, vel potius vanus timor, aut aliqua fraus humana.

Si cognoverit quod sint spectra diabolica? præmissis orationibus, ieiuniis, sacrificio Missæ, ante omnia Deo Confisus sacerdos puram habens Conscientiam, Patrem familias, ac Congregatos domesticos, ad firmam fidem, & fiduciam in Deum, ac Christi Domini merita, ad Contritionem de peccatis adhortetur. Postea indutus superpelliceo, stola, Cruce, aquâ benedictâ accepta, & Candelis benedictis accensis, simul cum habitantibus Processionaliter accedat ad portam domus, ibiq; Litanias de omnibus SS. inchoabit, quas circumeundo Continuabit, & in loco principaliter infestato coram Crucifixo finiet.

His peractis tanquam Judex a Deo destinatus voce gravi-

Præcep-

Præceptum probati cum Contra dæmonem pronuntiet dicendo: *Jnvirtute SSmæ Trinitatis, & in Nomine D.N.J Christi, præcipio vobis dæmones, ut si habeatis aliquam potestatem in hanc domum, detis mihi sine ulla læsione signum evidens præsentiæ vestræ, causando aliquem tumultum, ac rumorem, quem prius me absente Causare consveveratis.*

Quod si nullus tumultus aut aliud signum præsentiæ habeatur? recte infertur, aut ibi nullum fuisse spectrum, aut iam evanuisse, aut esse animam damnatam, vel in purgatorio existentem.

Ultimo genuflexis Cæteris, & firma fide ac fiducia in Deum, orantibus, ipse sacerdos sedens pro Tribunali, ad expulsiônem procedet faciendo Exorcismum ex aliquo Rituali approbato convenientem huic Actui.

Q. *Quid faciendum, si adhibitis omnibus modis adhuc dubitetur an sit spiritus bonus, vel malus?* ℞. Potest practicari modus P. Joan: Godi. Vid. *Armam:* p. 2. Cap: Ult: Jlle enim vocatus ad similem Actum recitavit Officium Defuncti: postea strepitu audito adiuravit spectrum in virtute SSmæ Trinitatis, & Nominis JESU, ut non recederet de loco, priusquam ad ea, de quibus interrogaverit, veraciter respondeat, Quæsivit autem 1mo. An esset Spiritus bonus, vel malus? *Poterit ( si se dicat spiritum bonum ) peti, ut secum Nomen JESU honoret, & devote invocet.* 2do. Jnstabat quis esset? quid velit? quibus Cognitis illam animam dimisit, & pro illa, quæ petebat, facienda Curavit.

Signa malum spiritum apparere, sunt: si ad verba: *Omnis Spiritus laudat Dominum*, fugiat, vel contrarie se exhibeat. 2do. Si res benedictas horreat, 3tio. Si prætendat suæ apparitionis Causam pravam, aut falsam. 4to. Si proferat quid contra Fidem, vel bonos mores. 5to. Si appareat in forma deformi, & horrifica cum tumultu, vel in specie sordidi animalis &c. 6to. Si postquam præstitum est, quod petiit subsidium, rursus quæsitis aliis Causis redeat.

Q. *Quæ remedia domum ab omni infestatione diabolica præ-*

*servandi?* ℟. 1*mo*. Vera fides, & roborata fiducia, quod Deus hanc domum, omnesq; habitatores Certo sit ab omni vexatione diabolica protecturus. ℟. 2*do*. Paterfamilias qualibet vespera domum aquâ benedicta aspergat, simulq; præceptum formet Dæmonem excludens, imo quilibet incola in suo loco privato, dicendo *vg*. *Jn Nomine Domini Nostri Jesu Christi præcipio vobis dæmonibus, ne ullus vestrum per se, nec per ulla instrumenta vestra me, aut meos molestare præsumat, Jn Nomine † Patris &c*.

Q. *Quid faciendum, Parocho cum illis, qui proponunt in Confessionali varias sibi revelationes factas, aut in extases se raptus*,

℟. Nec talibus facile Credendum, neq; statim applaudat sacerdos tali Pænitenti laudando illum, aut miretur quasi sanctum; quinimo moderate increpet, tentando illum, num aliqua in illo simulatio sit, aut superbia.

Bene advertat sacerdos 1*mo*. An materia revelata nihil contineat Contra Fidem. 2*do*. An talis pænitens sit vitæ verè devotæ, humilis, & abnegans se ipsum. 3*tio*. An supra suum statum pusillanimitatis revelat difficillia. 4*to*. An non sit nimis Melancholicus. 5*to*. An revelata tendant ad Maiorem Dei gloriam. *Plura scienda suppeditabunt libri Mystici. Sciendum autem est*, quod plures morbi sunt, qui babent quandam similitudinem cum extasi naturali, ut sunt: *Catalepsis*, quâ homo destituitur omni sensu. *Cares*, qui est somnus profundissimus. *Suffocatio Uteri*; est morbus fæminis familiaris, qui si magnus? mulieres tanquam mortuæ apparent, transacto autem, proxime audita referunt.

Q. *Quid observandum Parocho cum Captivis ad Mortem?*

℟. 1*mo*. Jmprimis sacerdos ingressus carcerem debet sibi Conciliare amorem & Confidentiam Rei, 2*do*. Excitet Reum ad virtutum Pænitentiæ, Patientiæ & Resignationis in voluntatem Dei. 3*tio*. Ordinarie non inducatur Reus ad Confessionem Sacramentalem faciendam, donec prius iudicialiter Crimina sua sit Confessus; nisi sit graviter infirmus, vel aliud immineat periculum.

Q. *Si Confessarius resciverit ex sacramentali Confessione Reum esse innocentem, sed vi tormentorum, vel falsis testibus esse Convictum?* ℟. Non propterea adeundus est Judex sed hanc rem Deo Commendet. Quia Judex ex una parte, nil ad persvasionem faceret, cum ipse iudicaverit secundum allegata & probata; ex altera parte daretur occasio aliis etiam nocentibus sua crimina in Confessione reticendi. *4to.* Non exprobet Reo Crimina, nisi quando ad Forum Conscientiæ necesse fuerit. Adhortandus est ad Confessionem generalem. Jn die fatali rursus Confiteatur. *5to.* Jn via sacerdos post reum ibit, cavebit, ne reum iubeat citius ire. Non detur reo nimium vini bibere, post mortem anima Circumstantibus recommendetur, & fiat exhortatio ( si eo loci fieri solebat in Casibus similibus) ut a vitiis alii abstineant, Monendi Parentes de bona educatione liberorum &c. &c.

Q. *Quæ Cautelæ circa Confessionem damnatorum ad mortem adhiberi debent a Confessario?* ℟. *1mo.* ut si pænitens Confiteatur, se aliqvot Crimina, etiam semiplena probata, negasse, non importune urgeat ad illa adhuc coram Judice confitenda. Les: Fili: &c. *2do.* Ut neq; fugam svadeat, nec ad eandem ullo modo per oblationem instrumentorum, aut pecuniæ cooperetur; quia & si per se omnes, qui non sunt Ministri Justitiæ, cooperari posse ad talem fugam, armaq; ad effringendos Carceres offerre Vasques, Less: doceant, ut tamen Confessarius id faciat, non expedit, quia posset sibi, totiq; Clero grandem av rsionem Judicum Creare, efficereq; ut deinceps iam libere non permitterentur sacerdotes agere cum reis. Eleemosinam posset dare pro necessitatibus rei. *3tio.* Ut, si forte reus in externo Foro iam convictus, ideoq; ad mortem etiam damnatus, constanter adhuc crimen neget, atq; etiam in ipsa sacramentali Confessione innocentem se esse dicat, eidem absolutionem quidem impertiat, (cum in Foro interno magis reo quam omnibus aliis sit Credendum ) interea tamen moneatur de obligatione illud fatendi, si illud revera Commisaerit, & saluti suæ prospectum velit. *4to.* Jndicto imme-

immediate Casu, & aliis, non recipiat inte Patrocinium supplicii remittendi, quia sic Reum non posset tam commode disponere ad officium suum faciendum, utpote qui semper spem haberet vitæ a Confessario obtinendæ, & si spe cadat, animum ab eo penitus abalienaturus esset. 5*to*. Ut nullo modo ipsemet Confessarius sententiam mortis Reo indicet, sed dicat suum officium esse, ad mortem pie, fortiterq; obeundam Reum disponere.

Q. *Si Reus ad mortem damnatus (vel alius quispiam vg. infirmus morti proximus) ex pertinacia, aut desperatione confiteri nolit?* ℞. 1*mo*. Confessarius se ad preces Conferat, & maxime ad SS. *Missæ* sacrificium, ubi dum SS. Hostiam in manu habebit, illis Esteris Verbis salvatorem suum & Rei alloqui poterit: *Si inveni, o Domine gratiam in oculis Tuis, & si placet Tibi, dona mihi hanc animam, pro qua rogo, &c.* Eundem infinem etiam aliorum piorum hominum preces implorare poterit. 2*do*. Maximam, quam potest charitatem, tum per blanda Colloquia, tum per opera misericordiæ *vg.* cibi, aut potus exhibeat. 3*tio*. Offerat aliqua Sacrificia pro Animabus Purgatorii, constat enim hoc medium sæpius non parum efficax fuisse ad felicem negotii huius successum impetrandum. 4*to*. Narret interdum adstantibus historias quasdam, vel de magnitudine gaudiorum Cælestium, vel tormentorum infernalium. Jnterdum proderit etiam historiam aliquam trahicam impænitentis hominis, & turpiter a diabolo Contra promissionem derelicti narrare; aut etiam alterius Cuiusdam in ipso mortis articulo resipiscentis, & cum magno spectatorum gaudio & Commendatione morientis. 5*to*. Si tempus fatalis diei advenerit, svaviter interroget, an non meliora Consilia Conceperit? adesse iam paulatim momentum, a quo pendeat, felix aut infelix æternitas. Roget per vulnera, & sangvinem Christi, ne salutem suam negligat. Jmo interdum expediret etiam in genua provolvi, atq; ad idem faciendum adstantes hortari. 6*to*. Si lictores veniant ad illum abducendum, indicet nunc eum vere

iter

iter æternitatis ingredi. Alloquatur Coram Reo Christum Crucifixum, quem in manibus habet, rogetq; ne permittat perire hanc animam suo sangvine redemptam; aliaq; plura in hunc finem apta proferat. 7mo. In egressu, si nolit orare Reus, non urgeat eum, sed potius cum Sociis lingvâ vernaculâ preces fundat pro eo ad Deum, & non nunquam svaviter quærat: an non refocillatione aliqua indigeat. 8vo. Ubi ad locum supplicii deventum fuerit, iubeat omnes adstantes genuflectere, & pro Reo preces fundere. Quod si nihil his omnibus effecerit? aliqui putant ad terrorem & exemplum adstantium ei, dum ictum fatalem excepturus est, minaci vultu dicendum: *Ergo abi maledicte in ignem æternum, qui paratus est &c.* Ego tamen potius ingeminanda adhuc pia suspiria Contritionis iudicarem, ut vel in Ultimo articulo non desertus forte resipiscat. *His mediis & aliis similibus uti potest Curatus in Convertendis obstinatis Hæreticis.*

# Processiones.

## *In Dominica Palmarum.*

Processio dum fit in Dominica Palmarum, hæc tradenda memoriæ & observanda, cum Cantores intraverint ad Ecclesiam, Subdiaconus vel quisquis alius deferens Imaginem Crucifixi vertit eam ad Celebrantem, dum Cantatur *Gloria Laus*, sed postea dum percutitur Porta, Conversa non amplius ad Celebrantem teneatur sed ad Portam. Percutit autem Portam semel in ima Parte, cum ima parte hastilis, ita modeste, ut illam tantum tangat sine strepitu, quæ Porta statim aperiri debet. *Cærem: Ord: Rom:* Processio hæc si non potest fieri extra Ecclesiam, fiat intra eandem, & quod ante portam præstandum erat, fiat in vestibulo, ante ingressum Capellæ Maioris. *Ibidem.*

Hodie in solemni Missa & aliis diebus in hac S. Hebdomada, Celebrans legendo Passionem & Ministri sacri tenent manu sinistra

Palmas, Lecta vero Paſſione converſi ad Cantores tenent eas dextrâ, Chorus etiam ( exceptis Cantoribus, qui Paſſionem Cantat ) tenent eas ad Evangelium tantum. Jn Miſſis privatis in Dominica Palmarum, & aliis ſequentibus dum legitur Paſſio in Miſſa, non debet ſacerdos tenere Palmam, seu arundinem in manu, quia hujus, nullum habetur fundamentum in Rubricis Miſſalis & Ritualis. NB. Genuflexio ſeu pausa ( per unum Circiter Pater Noſter ) a Celebrante facienda in Paſſione ad illa verba: *Emiſit Spiritum*, debet fieri in eodem loco ad. librum in quo legitur Paſſio.

# Feria 5. in Cæna Domini.

*Proceſſio cum SSmo Sacramento.*

Celebrans Completâ Miſſâ, deponit Casulam & manipulum, quem etiam deponunt Miniſti ) & albo Pluviali induitur, & incenſato ( ut eſt moris ) SSmo Sacramento, illum ante oculos elevatum tenens, ad Populum se Convertit, & inchoato Hymno: *Pange lingva glorioſi &c.* per gradus descendit, non tamen fiat Processio extra Eccleſiam, neq; in ſequenti Feria ita S. R. C. decrevit. 6. Aug: 1591. Anno.

Ubi SSmum Sacramentum reconditum & Clausum, Clavis nullo Laico ſæculari quantum vis Nobili debet dari, ex Decreto S. R. C. 30, Januarii 1670. Sed ei potius, qui Celebraturus ſit ſequenti die, aut Cæremoniario.

# Feria 6. in Parasceve.

*Adoratio & osculum Crucifixi.*

Tam celebrans quam Miniſtri ſacri ac reliquus Clerus, de poſitis Calceamentis, Capite in clinato interram ſuper manus iunctas, accedendo ad osculum Crucis, imprimis Celebrans ſolus, poſtea Miniſti Diaconus in ſtola, Subdiaconus in albis, uterq; ſine manipulo:

pulo: deinde Prælati, interim seniores de Clero, bini & bini, adorationem peragere debent, ter utroq; genuflectendo semel remotius a Cruce, altera vice propinquius, tertia vice prope ipsam Crucem, inter quamlibet genuflexionem secreto dicendo: *Adoramus Te Christe & benedicimus Tibi, quia per Sanctam Crucem Tuam redemisti mundum*, quibus prolatis tertia vice geniflexi, non os, vel latus, vel aliud membrum (& ob reverentiam omnino ab oris osculo abstinendum est) sed tantum pedes, humilitatis & reverentiæ Causa, cum omni devotione osculari debent. Quæ omnia & reliqua populus servabit præterquam quod Calceamenta non deponet.

## *Processio cum SSmo Sacramento.*

Processio hæc cum SSmo Sacramento dum fit post Adorationem SSmi Crucifixi, velum pro humeris Celebrantis, & illud aliud quo operitur Calix sive Pyxis cum SSmo Sacramento, album esse debet non nigrum, & hæc Processio debet esse cum albo Baldachino, in Pleneta nigra, quæ nisi hic assumitur ad hanc Processionem, quia reliquæ omnes Processiones in Pluviali debent esse. Finito hoc Officio ac Cæremoniis, relicta super Altari Pyxide velo Albo tecta, Cum SSmo Sacramento ad sepulchrum paratum deportando, recedenteq; Celebrante cum ministris ad scamnum, & deponente planetam & manipulum, dicuntur Vesperæ in Choro stando sine Cantu, quibus finitis, in nigro Pluviali, adhibito albo velo Baldachino, autem saltem Umbella serica cum incenso, ac Luminibus, de more ordinatur Processio SSmi Sacramenti, Celebrante incipiente; Respon: *Recessit Pastor noster &c.* Deposito SSmo Sacramento in sepulchro & incensato, Celebrans cum Ministris aliquantulum orat, & postea in silentio recedit ad sacristiam. Cærem: Ord: Rom:

*1mo.* Hic notatur quod in hoc Officio sive Cæremoniis præmissis ante Vesperas, dum in illis thurificantur oblata; post thurificationē eorum, non est iterum thurificandum SSmum Sacramentum, ob Cu-

ius tamen præsentiam non est omittenda Crucis thurificatio, sed Crux & altare thurificanda sunt, eo prorsus modo, quo fit in aliis Missis, debitis genuflexionibus transeundo ante SSmum Sacramentum S. R. C. 5. Jul: 1698.

*2do.* SSum Sacramentum dum defertur in Processione, non tantum tunc deportari super illud Baldachinū. sed etiã dum transfertur in ostensorio, sive in Pyxide ab altari uno ad aliud, adhiberi debet, vel umbella serica albi Coloris, ne SSmum Sacramentum, absq; honoris tegmine & per breve quidēm spatium deferatur. Jta Merati.

Non licet in Ecclesiis in quibus non asservatur SSmum Sacramentum Celebratio Missæ in Feria V. Cænæ Domini nec eiusdem SS. Sacramenti asservatio in sepulchro S. R. C. 14. Junii 1656.

*Processio in Festo S. Marci fit Convenientius, quomodo?*

Jn Festo S. Marci vel respective in Feriis Rogationum, si fiat de Officio duplici, vel semiduplici, in locis ubi tantum una Missa cantatur, Convenienius est Processionem facere post Nonam, inde cantare Missam Rogationum S. R. C. 5. Maij 1736

Processio in Festo Marci si incidat in ipsam Paschæ Resurrectionis diem, transferenda est ad 3*tiam* diem Paschæ. Ex Decreto S. Congr: 25. 7*bris* 1734. Ex opor: Bened: XIV. Jnst: Eccl: 28. § 3.

Processiones prius fieri debent dein Missa solemniter Cantanda. Ex Rubr: Miss: Rom: Jnst: Eccl: 68. § 12. nisi tamen aliter ob gravem Causam Episcopo vel Clero videatur. Jbid:

Ad Processiones solemnes cogi non possunt Clerici nullum Beneficium vel Officium obtinentes, sicut nec simplices Presbyteri, Beneficium vero etiam non Residentiale obtinentes utiq; possunt. Jta Censuit S. Congr: cuius Decreti occasione ponderatur, nihil decerni de Clericis non beneficiatis, sed alicuius Ecclesiæ servitio addictis, Jnst: Eccl: 31. § 2.

Processiones nequeunt instituere Regulares, nisi intra, vel circum Ecclesias suas, nec Confraternitates, nisi intra Oratorium suum. Si

vero

vero velint per urbem incedere, utiq; debent Parochis repectivè eorum locorum aliquid Officii exhibere Jnst: Eccl: 105. § 51. sufficit tamen Episcopi Licentia, etiam Parocho reclamante; ut a S. R. C. decisum est Jbid: § 52. Ex ops Bened: XIV.

Processiones dum fiunt cum SSmo Sacramento in Dominicis per annum inquibus præscriptæ sunt stationes, pro tunc statio Dominicalis omitti debet.

Processio cum SSmo Sacramento, sive absq; eo semper debet esse in Pluviali, & non in Casula, & ante Missam solemnem, vel post Missam, non vero intra Missam post Concionem.

Concio autem dum est Expositum publice SSmum Sacramentum, capite non tecto fieri debet, non obstante quacunq; Contraria consvetudine, & abusus omnino est tollendus. S, R. C 16. Febr: 1630. quod intelligendum est, si non sit SSmum tunc obvelatum.

Dum fit: Expositio SSmi Sacramenti ratione solemnitatis ad Populum in Dominciis Privilegiatis, vel aliis Festis in Altari Maiori, ubi est Expositum publice SSmum, si Celebretur Missa diei, debet Celebrari cum paramentis Festo seu officio convenientibus, scilicet non est adhibendus Color albus ut competens solennitati ratione Expositionis, sed violaceus. S.R.C. 19. Januarii 1752.

Quando Missâ finitâ coram Exposito SSmo Sacramento facienda est Procesio cum Eodem SSmo. tunc adhibendum est pluviale Colloris Missæ correspondentis. Velum tamen Humerale semper debet esse Coloris albi, sicut etiam Baldachinum, & Pallium Altaris seu antependium, ubi fit Expositio. Jta Merati Par: 2. Tit: 14. N. 3. Jdem servandum est si fiat Procesio ante Missam.

*De Processionibus cum SSmo Sàcrmento statuit Synodus Provincialis 1634. 13. Xbris Varsaviæ Celebrata.*

Jnhibet Synodus ne in Ecclesiis quibuscunq; circa Processiones cum venerabili Sacramento, aut alias adhibeantur tympana, aut tubarum Clangores, qui magis Castris quam Ecclesiæ devotioni ac-

comodati videntur. Jtem explotiones tormentorum bellicorum in Festis circa Octavas Festorum, nullo fructu sed æmulationis Causâ fieri solitas, excepto tamen Festo Ressurrectionis Domini iuxta laudabilem Locorum Consvetudinem.

*Processio in Festo SSmi Corporis Christi.*

Processio dum fit, debet deferri SSmum Sacramentum in illa ab eo qui Missam Celebravit, & idem in Processione est servandum quæ fit in die Dominica infra octavam SSmi Corporis Christi, non vero deferendum est, a Primo de Capitulo qui non Celebravit. S.R.C. 23. Mart. 1709.

*Prosa: Ecce Panis Angelorum.*

Jnfra Octavam SSmi Corporis Christi sequentia seu Prosa: *Ecce Panis Angelorum* tantum tunc Canitur in Missa, quando est de Festo SSmi Corporis Christi Hinc in Dominica & Festis Duplicibus tunc occurrentibus non debet Cani.

Etiam & alia Prosa de SSmo Nomine Jesu in Missa Eiusdem Festi quæ reperitur in Missalis vetustioribus est prohibita a S.R.C. 1736. & tantum PP. Minoribus S. Francisci dici est concessa.

Anni sunt elapsi circiter 40. quando fuit annotatum in Diæcesiana Rubricella, quod semper quandocunq; solemnes vesperas & Processiones cum SSmo Sacramento sacerdos obit, ob maiorem decentiam & Reverentiam, ac ut expressius Christum Dominum tempore Passionis indutum veste Alba repræsentet, nequit assumere superpellicium vel Rochetam, sed albam & super illam Pluviale, ut a multis a præmonitione illius Annotati hucusq; in vivis existentibus sedulo observatur, & ut videri potest quod sit Cum maiori reverentia Divinissimi sacramenti, has solemnes vesperas & Processionem peragere, ideoq; ab hinc ab omnibus observandum, non tantum a solis Celebrantibus vesperas solemnes, in quibuscunq; Festivitatibus

sed

sed etiam ab Assistentibus Processioni in Festo Smmi Corporis Christi. Nam quis non attendat qud Non mediocris indecentia Casulam vel Dalmaticam super Rochetam non super Albam imponere, ac in Curto Apparatu Publicis Divinis Officiis ministrare? ideoq; si alicubi huic antiquæ Ordinationi Contrarius abusus in praxi fuerit, omnino est tollendus, tanquam indecens & impolitus. Est pro exemplo p. m. Venceslaus Hieronymus Comes de Boguslawice SIERAKOWSKI Archi Episcopus Metropolitanus Leopoliensiis, Vir Apostolicus, Zelozissimus, qui sub tempus Processionis Solemnissimæ in Festo SSmi Corporis Christi, non tantum ad hancce Processionem adegit solos Canonicos, ut sumant Casulam super Albam non super Rochetas, sed etiam Episcopos Suffraganeos qui tunc aderant Commovit, quod ornati apparamentis Episcopalis Dignitatis super Albam, huic Processioni assisterunt. Vid: superius in notatu, quomodo explicatur Alba folio 143.

*Processio transiens penes Altare inquo fit Missa.*

Jn Processionibus Candelarum, Palmarum, & similium, quæ fiunt per Ecclesias sine SSmo Sacramento, non pulsanda Campanula ad Elevationem SSmæ Hostiæ in Privata Missa: quod si pulsatur & advertatur Elevatio, tunc flectendum est utroq; genu a transeuntibus Altare ubi Missa Celebratur, & deposito SSmo Sacramento in elevatione Calicis continuetur Processio. S. R. C. 1. Martij 1681.

## Notatum 12.

### *Regulares.*

Regulares non possunt uti Diæcesano Calendario, Tenentur tamen ad recitationem Officii Patroni Principalis Loci ac Tutelaris Ecclesiæ Cathedralis, sed ad eorundem octavas Celebrandas non tenentur. S. R. C. 20. Mart: 1683; apud Merat: in Jndice Tomu. N. 135.

Regu.

Regulares etiam exempti nequeunt exponere SS. Sacramentum Eucharistiæ sine velamine in suis Eclesiis, nisi ex Causa publica, ac ab Ordinario approbata. Fas est tamen illis ex causa etiam privata Sacramentum velatum exponere in aperto Tabernaculo, dummodo tamen ab illo non extrahatur, ita decrevit S. R. C. Ex operi Bened: XIV. De syn: Diæc: Lib: 7. C. 41. § 4. Lib: 9. C. 15. § 4. Nov: Edit:

Generatim vero ius est Episcopis cogere Regulares parere sibi circa ea, quæ ad maiorem Cultum huius ineffabilis Mysterii & Celebrationis Missæ præcipienda Consveverint. Quod ex Decreto Con: Trident: Ses: 22. de observandis, & evitandis in Celebratione Missæ eruitur. Jbid: § 5.

Regulares debent parere Episcopo, præcipue ne in eorum Ecclesia exponatur Jmago insolita, aut nova Reliquia ab ipso non approbata, & inobedientes possunt etiam Censuris Cogi: S. R. C. 5. Julii 1700. De Synod: Diæc: Lib: 7. C. 41. § 5.

Regulares ab Episcopo approbati possunt acciri ad domos sæcularium ægrotantium eorum Confessiones audituri, non petita a Parochis, ægrotantium licentia, sed de audita illorum ægrotantium Confessione, debent relinquere Syngrapham, qua Parochus certioretur. De Syn: Diæc: Lib: 7. C. 42. § 8.

Regularibus Prælatis non licet Monasteria Monialium sibi subiectarum ingredi, nisi semel in Anno Causa Visitationis, si autem urgeat necessitas ut sæpius ingrediantur, non possunt nisi in præsentia Episcopi Diæcesani, aut alterius Ecclesiastici ab ipso Deputati. Jta in Const: Felicis 156. Alexandri VII. De Syn: Diæc: Lib: 7. C. 41. § 6. Lib: 9. C. 15. § 6. Nov: Edit:

Regularibus vetitum est moniales alloqui etiam sibi subiectas sine licentia expressa non solum superioris Regularis, sed Episcopi, ne vel semel quidem per spatium quadrantis horæ cum dimidio, ne vel pariter occasione Concionis ad moniales illis habitæ, ne vel tandem ex Causa quantocunq; honesta & pia Jbid: § 7.

Regulares

Regulares non possunt non Consulto, & non approbante Episcopo audire Confessiones Monialium sui Ordinis etiam exemptarum, ex vi Bullæ XVIII. Benedicti XIV.

Regulares ægrorum ungentes, minime a Parocho petita venia, præter gravis Culpæ reatum in Excommunicationem incidunt, Apostolicæ Sedi reservatam. Jn Clementina 1. de Privilegiis, & Benedictus XIV.

Regulares requisiti ab agrorum Dominis an possint absq; licentia Parochi benedicere Agros? Et an in huiusmodi functionibus peragendis uti possint stolâ absq; licentia Parochi? R. S. Congr. Card: ad utrumq; negative. Anno 1688. 28. Aug: Jta Morac: p. 2. Form: Tit: 13.

## Reliquiæ SS.

Jn eo Altari in quo est expositum SSmum Sacramentum non debent Collocari Reliquiæ Sanctorum S. R. C. 2. 7bris 1741.

Reliquiæ Sanctorum dum exponuntur ultra Lampadem, Continuó ardeant duo saltem lumina, alias non exponantur. S. R. C. 22. Januar: 1701.

## Notatum 13.

### *Sacerdoti Memoriale.*

Verbum ad te sacerdos Altissimi, Verbum ad Te; qui adtrectas Divinissimum illud *Verbum*, & de Pane *Verbo* Carnem Christi efficis. Verbum ad te! & quod Verbum? quæ vox?

*Audi.*

Loquitur in te Dominus: *Ego elegi te, ut eas, & fructum afferas, & fructus tuus maneat.* Joan: 15. *Sanctus sis quoniam ego Sanctus sum:* Levit 12. *Jntellige.*

Clericum (quo nomine sacerdotem vocari) in sortem Dei & hæreditatem Dei vocatum, esse personam à Curis & negotiis sæculari-

bus

mus abstractam, & Divino servitio Authoritate Ecclesiastica speci-
aliter deputatam. Itaq́, qui Ecclesiastico Ordini adscripti, & ad sanctioris vitæ genus electi, aliis in vita salutis Actuum suorum claritate debent prælucere

*Nemo mittens manum* [illegible]
*aptus est Regno Dei,* Luca 9. [illegible]

Cogita.

Multi Sacerdotum Domini abierut retro, & *cum Domino non ambulant* Joan: 6. Tufirmus.

Esto.

Jn via Domini, & veritate sensus tui, & scientia, & prosequatur te Verbum pacis, & iustitiæ. *Ne temere quid loquaris.* Eccl: 5.

*Scias.*

*Ambulans in via immaculata, hic Domino ministrat. Psal:* 100. *Sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Domini* 1. Machab: 4. Tu.

*Considera.*

*Quam arduum munus suscepisti regere animas, & multorum servire moribus* S. Bernard: *Ministeriũ tuum imple, sobrius esto* 2. ad Timot: 4.

*Præpara.*

*Ante orationem animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.* Ecc: 18. *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Eccl: 15.

*Evellas.*

Prudenter pravas opiniones de se Conceptas: *Si te ipsum non doceas, alium docere non potes* S. Jsid: *sed Cur illa tempora, quibus ab Ecclesia vacas, lectioni non impendas?* S. Ambr:

*Ama.*

*Scientiam Divinarum scripturarum, & vitia Carnis non amabis.* S. Hieron: *Non Confundant sermonem tuum opera tua, ne cum in Ecclesia verba vitæ æternæ loqueris, tacitus quilibet respondeat: cur ergo hæc quæ dicis, ipse non facis?* S. Hieron:

*Mirare.*

Non

Non progredi, est regredi scito: non movetur anima pedibus, sed affectibus. Czyniemy (mowi Augustyn S.) tak wiele Krokow dla zbliżenia się do Boga, iak wiele wzbudzamy w sobie ku niebu affektow, tak dusza Kochaiąca Boga, z pilnością nieustannie podnosi się ku Bogu, że ieden Akt miłości Boskiey, pomaga iey do czynienia drugiego Aktu następuiącego, zwiększą czystością i doskonałością?

*Contemplare.*

Quantum est donum Castitatis,
Quod Confert Deus pietatis,
Divina res est Castitas
Divina sunt præmia,
Quæ Continenti dat Deus.
Libr: Colloqui: PP. 28. *9bris.*

*Jgitur.*

*Omni Custodia serva Cor tuum. quia ex ipso vita procedit* Prov: 4. *Est vita secura ubi Conscientia pura* S. Berm:: *Kto pokus niechce mieć, ten w niebie niechce bydź, bo tam niebędzie Koronowany tylko ten, ktory się mężnie z pokusami potykaiąc zwycięży. O Swięta Czystości iaka zacna iesteś! ale cię głupi. nieznaią.* B. Egidius S. Francisci Socius.

*Attende.*

*Recti diligunt te.* Cant: i.

Prostota y pokora, Serca Czystość, Jntencyi oraz y akcyi nieszuka, y nie kocha tylko samego Boga, y dla Boga samego. Serce Boskie bydź niemoże twoim, ieżeli serce twoie nie będzie Boskim. *Quam bonus est Deus his qui recto sunt Corde Psal:* 72. Jdosyć iest natym do obowiązania Cię, abyś Kochał Boga ztemi, ktorzy są prostego serca: *Qui charitatem non habet, omnibus deficit.* S. Dion: Carthus:

*Procede.*

Ne retrocede. Currebas bene, quis te impedivit, & quare tu quotidie enarras, quia mandatorum Dei viam Cucurristi, nisi forte quia

velociter Curris. Sic curre ut Comprehandas, ſic Curre non quaſi in incertũ, ſic pugna pugna, non quaſi aerem verberans, *Sed caſtiga Corpus tuum, & in ſervitutem redigas, ne forte cum aliis prædicaveris, ipse reprobus efficiaris.* 1. ad Cor: 9. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum* 1. ad Timot: 3. *Ipse intuitus ſacerdotis, convertat populum ad Deum.* S. Franciscus Sales:

*Scribe.*

Hæc in tabulis Cordis Carneis, & pone ante occulos tuos magna iſta nomina: Naygłębsza pokora, doſkonała miłość. Anielſka Czyſtość, Gorąca modlitwa.

Gdy cię mysli nieczyſte, y pyszne nagabać poczną, mow do kuſiciela: idzmy do ſtrofuiącego, obroć tedy oczy na te imiona Czytay: *naygłębsza Pokoro,* ia głębokiey nie mam, wiem że żadney łaſki u Pana otrzymać niemogę bez pokory, aia ieszcze wna pierwszym ſtopniu iey, nieſtanołem. *Doſkonała Miłości* Miłość mam mam wprawdzie, ale iak niedoſkonałą! imie tylko Miłości, *Anielſka Czyſtości!* bynaymniey, bo ſzpetne Często mysli miewam, y owszem wzruszenia nieporządne Czuię.

*Modlitwo gorąca!* Nie! bo Często na niey zteſknością zoſtaię, y w ten Czas oczym inszym myslę! a iakąż Cząſtkę będzie we mnie miał ſtworca moy? *Job:* 30.

*Hæc meditare.*

In his eſto, ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. *Atende tibi, & doctrinæ, inſta in his. Hæc enim faciens, & te ipsum ſalvum facies, & eos, qui te audiunt* 1. ad Timot: 4. *Modeſtia tua nota ſit omnibus, Dominus enim prope eſt.* ad Philip: 4.

*Guſta & vide.*

*Quam magna eſt multitudo dulcedinis Domini, quam abscondit timentibus se.* Psal: 30. Gdy chcesz iść do Boga; zaraz przychodzi Bog do Ciebie, gdy o Bogu myslisz: ieſt ci przytomnym, gdy go pragniesz napełnia cię, gdy ſię modlisz: mowi w tobie, y daie ci czuć wonność Boſtwa ſwego, Gdy Boga kochasz: oſiągasz

go,

go, tak wszystek stał się wszystko. *O quam magna est multitudo dulcedinis Domini.*

Ergo.

*In sanctitate & iustitia coram Deo in omnibus diebus tuis*
Quæ verba quotidie pronuntias, putasne intelligis, quæ legis?
Quod itaq; Verbo dicis, opere impleas.

*Sequere.*

Qui hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, *Gratia Domini Nostri JESU Christi, cum Spiritu Vestro, Fratres Amen.*

*Sacerdotes Ecclesiæ suæ alloquitur Summus Sacerdos Christus Dominus,*

Piscatores hominum sacerdotes mei,
Præcones veridici, lucerna diei.
Charitatis radio fulgentes, & spei
Auribus percipite verba oris mei.
Qui in sanctuario mihi deservitis,
Cavete ne steriles & inanes sitis.
Sed fructum afferatis, si me diligitis,
Et mecum perpetuo vivere velitis
Vos estis Catholicæ Legis Protectores.
Sal terræ, lux hominum. ovium Pastores,
Muri domus Jsrael, morum Correctores,
Vigiles Ecclesiæ, Gentium Doctores.
Si legis Protectio cadat, lex labetur,
Si sal evanuerit, in quo salietur?
Nisi lux appareat vita nescietur,
Et ni Pastor vigilet, ovile frangetur,
Vos cæpistis vineam meam procurare.
Hanc doctrinæ rivulis debetis rigare.
Spinas atq; tribulos prorsus extirpare,

Ut radices Fidei possint germinare.
Vos estis in area boves triturantes,
Prudenter a paleis, grana separantes.
Vos habent pro speculo legem ignorantes.
Populi qui fragiles sunt, & inconstantes.
Quidquid vident Laici vobis displicere,
Dicent procul dubio sibi non licere,
Et quidquid vos opere vident adimplere,
Credunt esse licitum, & Culpâ carere.
Cum Pastores ovium sitis Constituti,
Non estote desides sicut canes muti,
Vobis non deficiant latratus acuti,
Lupus rapax invidet ovium saluti.
Gratia spiritali nolite privare,
Oves sibi Commissas, neq; defraudare,
Sed omnibus diebus pro illis litare,
Pro salute Populi Deum exorare.
Grex Fidelis triplici Cibo sustinetur,
Meo sacro Corpore, quo quidem augetur,
Sermonis Compendio quod diserte detur,
Ciboq; Corporeo, ne periclitetur.
Ovibus tenemini vestris prædicare,
Sed quid? qualiter? ubi? quando? atq; quare?
Debetis sollicite præconsiderare,
Ne quis in Officio dicat vos errare?
Spectat ad Officium Vestræ dignitatis,
Omnibus petentibus mea dare gratis.
Nec Cuiusquam hominum munera pendatis,
Ne cum Giezi pariter lepram incurratis.
Gratis Eucharistiam plebi ministrate,
Gratis & absolvite, gratis baptisate,
Vobis data Cælitus, cuncta gratis date,

Oviumq;

Oviumq; ſalutem ſedulo curate.
Veſtra Conversatio ſit Religioſa,
Munda Conſcientia, vita virtuosa,
Mundusq; ſit habitus, & mens gratioſa,
Nulla vos coinquinet labes Criminosa.
Nullus faſtus elevet, ad id quod non eſtis,
Gravis in intuitu habitus ſit teſtis,
Nihil vos illaqueet, Curis inhoneſtis,
Quibus claves traditæ, ſunt Regni Cæleſtis,
Eſtote breviloqui ne vos ad reatum.
Protrahat loquacitas nutrix vanitatum.
Verbum quod loquimini ſit abbreviatum,
Nam in multiloquio, non deeſt peccatum.
Eſtote benevoli, ſobrii, prudentes,
Juſti, Caſti, ſimplices, pii, patientes,
Hospitales, humiles, ſubditos docentes,
Consolantes miseros, pravos Corrigentes.
Nam ſi ſic geſſeritis Curam Paſtoralem,
Vereq; vixeritis vitam ſpiritalem,
Poſtquam exueritis Chlamidem Carnalem,
Jpse vobis Conferam ſtolam immortalem.

*Sacerdotis Vitæ Epitome ſeu brevis ſummula.*

Sacerdos debet eſſe Chriſti alumnus
A peccatis ſegregatus.
Rector non Raptor, ſpeculator non ſpiculator.
Dispensator non Diſſipator.
Pius in Judicio, iuſtus in Conſilio,
Devotus in Choro.
Stabilis in Eccleſia, Prudens in lætitia,
Sobrius in mensa.

Sacer-

Aſſiduus in oratione, humilis in Congregatione,
Purus in Conſcientia.
Patiens in adverſitate, Conſtans in Proſperitate,
Virilis in Contritione.
Dives in virtutibus, Expeditus in Actibus
Sapiens in ſermone, Verax in Prædicatione.

De Contemptu mundi
S. Bernardi Versus.

Si mihi ſint vires & prædia magna - - - Quid inde?
Auri ſint ſpecies, argenti Maſſa, - - - Quid inde?
Si mihi ſint nati de Regis ſtirpe - - - Quid inde?
Longus ſervorum mihi ſerviat ordo - - - Quid inde?
Si doceam ſocios in qualibet arte - - - Quid inde?
Et rota fortunæ me extollat ad aſtra - - - Quid inde?
Si felix annis regnavero mille - - - Quid inde?
Jamcito prætereunt hæc omnia quod nihil inde
Serviat ergo Deo omnis homo, quia fit ſatis inde.

*Sacerdos ſacerdoti celebranti aſſiſtendo*, non debet aſſumere ſacerdotalem habitum qualis eſt ſtola, niſi in Prima Miſſa ſcilicet in Primitiis. Merat: P. 4. tit: 12. Pag: 31.

*Sacerdotes exteri* confluentes ad Eccleſias etiam Regularium & Celebrantes de ſanctis etiam Ordinis, quando Feſtum Celebratur cum ſolemnitate & Concurſu Populi, debent ſe in Miſſis Conformare cum ſacerdotibus illius Eccleſiæ etiam Regularibus quo ad Credo, & numerum Orationum more duplicium ( ideſt non poſſunt dicere orationes plures in Miſſa quam quot in illis Eccleſiis dicuntur. ) S. R. C. 11. Jun: 1701.

Sacerdos ſæcularis vel Regularis habens Officium duplex, quin & ſi duplex *1mæ* Claſſis *v 2dæ* Claſſis Celebrans ex devotione in Eccleſia, ubi Celebratur Feſtum ſolenne, debet Miſſam Celebrando Conformare ſe illi Eccleſiæ ubi Celebrat, etiam quo ad ſolemnitatem & Colorem apparamentorum S. R. C. 29. Junij 1752.

Sacerdotes

Sacerdotes sæculares in Ecclesiis Regularium illorum Missam legere vetantur, sed utendum est illis Romano Missali, ita tamen ut possint de sancto, de quo Regulares illi agunt Officium Missam recitare, eam desumendo ex Communi Missalis Romani, ut pro Capellanis, & Confessariis monialium decrevit S. R. C. Clemente XI. Decretum approbante. De Sacr: Mis: Lib: 3. Cap: 23. § 1, Et Instit: Eccl: 34. § 20.

Sacerdotes sæculares vel alterius Ordinis, licet recitent officium semiduplex, vel de Feria, non possunt in Ecclesia Regularium vel Monialium, in quo fit Officium de Præcepto, vel sancto Ordinis Celebrare Missam de Requiem, & tenentur se Conformare in Colore, si color sit albus de Confessore, non potest fieri in Rubro de Martyre, & si ibi in Festo Ordinis duplici de præcepto nulla sit solemnitas S. R. C. 11. Febr: 1702. & 7. Maij 1746.

Sacerdos sæcularis vel Regularis habens Officium duplex, etiam duplex 1*mæ* Classis vel 2*dæ* Classis, celebrans in Ecclesia aliena ex obligatione, in sepultura solemni alicuius Cadaveris, vel Exequiis solemnibus, debet se Conformare illi Ecclesiæ Celebrando Missam de Requiem S. R. C. 29. Junii 1752. Quæ Decreta cum posteriora sint, derogant quibuscunq; aliis anterioribus in hacce *Materia* Ita Caval: Anno 1757. apud: Fer: Tom: 8.

*Sacerdotibus Latini Ritus* in Russia Polona degentibus, tam præsentibus quam futuris conceditur, ut deficientibus Tabulis lapideis Consecratis, Missam Celebrent super antimensiis Ruthenorũ Unitorum, Ritu tamen Latino sacrum agere illis iniunctum est. sunt Antimensia lintei quidam Episcopali benedictione Consecrata, in quorum Angulis Sanctorum Reliquiæ reconditæ sunt. Imposito nobis. Bull: Tom: III. Const: 46.

*Sacerdoti sæculari Celebranti Missam, ministrare Regulares vetantur, & Contra.*

Ex *Synodo* Provinciali Gnesnensi Varsaviæ Ao 1643. Celebrata.

Inter

Inter singularia & Propria tam sæcularium quam Regularium Ecclesiarum decora, & ornamenta, etiam hoc numerari potest & debet, ut suis quisq; ministris Circa Officia Divina utatur, quare quemadmodum in Ecclesiis sæcularium sacrificanti solemniter sacerdoti sæculari Ministri non assistunt Regulares, ita in Ecclesia Regularium Cantanti Missam Regulari Mininistri non audeant Clerici seculares absq; Licentia Loci ordinarii vel Officialis, idq; sub pæna suspensionis ab exercitio Ordinum ipso facto incurrenda.

Sacerdos Missam Celebraturus, transiens Altare ubi sit Communio Populi, non debet permanere genuflexus, donec & quousq; terminetur Communio S.R.C. 15. 7bris. 1736.

Sacerdos Celebrans coram SSmo Sacramento Exposito (*hoc superius ubi notatur de Celebratione Missarum apponi debebatur, sed quoniam Casualiter est omissum, uti ad observandum necessarium hoc in loco annectitur*) ante Benedictionem Populi, prius osculato Altari, genuflectit Coram SSmo, Sacramento & surgens a Latere Evangelii dicit: *Benedicat vos &c.* & non perficit Circulum, nec accedit ad medium Altaris ut genuflectat, sed per eandem viam, qua Conversus est ad Populum revertitur ad Cornu Evangelii, ubi dicit *Dominus vobiscum &c.* signat Librum, aut Tabellam Euangelii, nullomodo Altare, Jta Gav: Lohner in Cærem: & alii Rubricistæ.

## *Sepultura.*

Q. *Ubi fideles sepeliri debent?* ℟. Jn Ecclesiis sibi circa Ecclesiam suam Parochialem, nisi alibi elegerint sepulturam.

Q. *Qui inloco S, prohibentur ab Ecclesia sepeliri?* ℟. Omnes, qui sine Baptismo *fluminis* & *flaminis*: Hæretici non tolerati & eorum fautores, Apostatæ a fide, schismatici, publice excommunicati, aut nominatim interdicti, se ipsos ob desperationem vel iracundiam occidentes; nisi ante mortem, dederint signa Pænitentiæ.

tiæ. Jtem ignotus non ſepeliatur, priusquam probabilia indicia non habeantur, quod fuerit Catholicus, et ut talis obierit. Deinde ſi quis occiſus inveniatur, terræ prius non mandet Parochus, quam Magiſtratus de cæde facta fuerit certior factus. Jtem omnes qui in peccato mortali absq; pænitentia mortui Certo ſciantur. Et qui in loco Duelli obierunt.

Prædicti omnes ſolum tunc privantur ſepultura Eccleſiaſtica, quando ante mortem pænitentiam non egerunt Can: 6. de Consec: ubi vero de Prædictis Caſibus dubium occurrerit, Episcopus Conſulatur.

Q. *Quam cito poſt mortem ſepelienda ſunt corpora?* ℞. Saltem poſt ſpatium 24. horarum.

Q. *Quo tempore?* ℞. Omnibus diebus etiam Dominicis, Feſtis, ſi id ratio exigat. Feria *6ta* Magna, ſi ſepeliantur, abſtinendum eſt a pulsu Campanæ, qui tunc eſt prohibitus.

Q. *An Parochus poteſt differreſepulturã,vel retardare propter ius ſepulturæ nondum ſolutum.* ℞. Nullo modo, cum nulla ratio patiatur, ac Chriſtianæ pietatis repugnans videatur, ob pecuniarum intereſſe Cadavera insepulta remanere. *S.* Congr: Ep: & Reg: 17. 7*bris* 1717.

Q. *Corpora defunctorum quomodo ponenda ſunt in feretro, dum in Eccleſiam deportantur?* ℞. *Laicum*, pedibus verſus Altare maius: Presbyteri vero habent Caput verſus Altare.

Q. *Quid eſt 4ta pars Funeralium?* ℞. Eſt quædam portio a Canonibus inducta, & approbata, Parocho pro ſuſtentatione debita, ex iis quæ Regularibus obveniunt, ex quo in ipsorum Eccleſiis eligat quis ſepulturam, & apud eos ſepeliatur.

Quantum tamen ad ſolutionem huius portionis Canonicæ, non Concordant DD. in aſſignanda qvota. Jn quibusdam enim partibus debetur Parocho medietas, in aliis 3*tia*. & 4*ta*. ſecundum varia iura, & antiquas Consvetudines.

Q. *Quæ ſunt observanda Circa ſepulturas quando fiunt a-*

*pud Regulares?* ℞. 1*mo*. non omnino Corpora in Ecclesia Regularium sepelienda deferri debent prius ad Parochialem Ecclesiam. S.R.C. 14. Mart: 1722.

2*do*. Parochi associantes funus ad Ecclesiam Regularium arceri non possunt ab ingressu Ecclesiæ illius cum Cruce & stola Benedictus XIII. Bull: *Pretiosus*.

3*tio*. Pro Cadaveribus apud Regulares sepeliendis non licet plus Parochis exigere, quam si in eorum Ecclesiis sepelirentur. *S. C.* Ep: & Reg: 18. Jan: 1672.

Q. *Quando Cadavera sepulta licite exhumari possunt?*

℞. 1*mo*. Quando perpetuæ sepulturæ non sunt adhuc tradita, sed tantum deposita in aliqua Ecclesia, vel Capella. 2*do*. Dum exigit Capellæ renovatio. 3*tio*. Quando sepulta sunt contra voluntatem Testatoris Ex Decr: S. C. E. 31. 8*bris* 1640.

Jnaliis Casibus licite exhumari non possunt absq; Episcopi facultate, etiamsi Judex sæcularis pro recognitione Corporis petat illius exhumationem, eo quod magna suspitio existat de morte violenta defuncti S, R. Ep: 11. 7*bris* 1643. adduntur non nulla ex operibus Benedicti XIV. non esse levandum Cadaver e domo absq; præsentia, ac facultate Parochi Loci, ubi domus sita est, ex Lucana funerum Censuit S. R. Concili. Jnst: Eccl: 105. § 25.

Regulares non possunt Cogi, ut associent pompam funebralem, cum Cadaver in eorum Ecclesia sepeliendum est, sed possunt ad januas Ecclesiæ suæ expectare. Jta ex decisione S. C. Jbid: § 38.

Cum e Rure transferendum est Cadaver in Civitatem, deferendum est in Catalecto, præcedente Cruce a Clero delata, & associantibus geminis sacerdotibus, altero Ecclesiæ tumulantis, altero se tenente ex Parte Parochi illius loci ubi mors accidit. Jbid: § 46.

Pro transitu Processionis Funebris ex una Paræcia in aliam, nulla est petenda licentia a Parocho illius Loci per quem transitus fieri debet, ut ex Bulla Leonis X. 22. & Decretis S. R. C. firmatur. Jbid § 49.

Pro

Pro Exequiis & sepulturæ cadaveris exigi nihil potest, ut ex sacris Canonibus firmum est. Inst: Eccl: 105. § 58. Verum si Consvetudo obtinuit, ut aliquid detur, quanquam circa hoc nulla fit actio Judiciaria, attamen recurri potest ad Officium Ordinarii, ut est in textu Cap: *ad Audientiam.* 24. de simonia. Jbid: § 58.

Cadavera non sunt sepelienda privatim sine lumine, Cruce Parocho, etiamsi id ordinasset defunctus, cum talis dispositio tanquam irrationabilis una cum Consvetudine, quæ alicubi innixa esse possit, sit reicienda Rot: Rom: 15. Julii 1699. & Bened: XIV. Tomi 2.

## Stipendia Missarum.

Stipendia Missarum si quæ sunt accepta pro Curanda earum Celebratione, retineri non possunt, parte tantum eorumdem tradita sacerdoti, etiamsi par illa contineat Consvetam eleemosinam. Secus qui fecerit, si Laicus fuerit, incidit ipso facto in Excommunicationem Pontifici reservatam, si Clericus, vel sacerdos in suspensionem itidem reservatam Const: *Quanta Cura.* Bull: Tom: 1. Num: 22. & Inst: Eccl: 56. § 4.

Vetitum est accipere novas Missarum Eleemosinas iis, qui veteres habent satisfaciendas, dummodo ut legitur in Decreto Urbani VIII. *infra modicum tempus non possit omnibus satisfieri,* Modicum tempus definivit S. C. Concili esse unum Mensem. De Sacr Mis: Lib: 3. Cap: 24. § 14.

# Notatum 14.

## Tabacus.

Tabacum per nares trahere, vel eius fumum in os inducere, ante Missæ celebrationem, vel Communionis perceptionem, nequaquam interdicendum censet Pontifex, neq; prohibendum iudicat, cum

ob receptam, ac pervulgatam ejusmodi Consvetudinem, omnis in ea re modo absit inhonestas & indecentia. De Syn: Diæc: Lib: 7. C. 63. lib: 11. C. 13. § 3.

## Thurificatio Altarium.

Thurificatio Altarium more Romanæ Ecclesiæ in *imis* Vesperis Festorum solennium, & etiam quando fit a Capitulo de futuro Festo solenni pro maiori ejusdem solennitate fieri debet, quæ Altaria non thurificentur, nisi Candelæ in eis accensæ, & mensæ eorundem Altarium, decenter sint ornatæ. Quod si Venerabile Sacramentum in Altari sit Expositum, abstinendum est a thurificatione aliorum Altarium, nec illud Altare thurificetur in quo est reconditum SSmum Sacramentum in Ciborio. Hoc tamen proviso, ut ad finem Cantici *Magnificat*, tempestive ad proprium locum Officians redeat, ubi stans ab assistente seniore sacerdote thurificari debet, deinde Clerum thurificabit. Si adest vicarius seu ipse Hebdomadarius juxta Locorum Consvetudinem. Advertat tamen is qui incensat, ut ab incensatione tunc desistat, cum Officians incipit velle Cantare: *Dominus vobiscum* ante orationem, hoc est Cantu *Magnificat* finito. Jta Rituale Romanum.

Et in Decretis S. R. Congregationis sic habetur: Exposito SSmo Sacramento in Altari Majori, dum sub tempus *Magnificat* in vesperis incensatur Maius Altare, non sunt incensanda alia Altaria, licet alibi SSmum Sacramentum asservetur. *S. R. C. 7. Maij.* 1746. Licet idem sonat hoc Decretum quod ut superius Rituale Romanum, ideo placuit mihi illud apponere, quod breviter pro omnibus ubiq; Locorum Ecclesiis monstrat, quid circa Altaris thurificationem Observandum.

Dum incensatur Altare in quo est Expositum publicæ adorationi SSmum Sacramentum, non debet post incensum illud, Crux quoq; incensari. S. R. C. 29. 1733.

Jncen-

Jncensanda non est a Celebrante Reliquia Sanctæ Crucis genuflexu. S.R.C. 15. 7bris 1736.

Quando vesperæ a Capitulo sunt de tali Officio, quod habet Colorem diversum a Colore Officii præcedentis, pro tunc in Ecclesiis in quibus Cantatur Officium, debet adhiberi Color Officii sequentis. *v.g.* si ad Capitulum est de Confessore, a Capitulo autem de Martyre, in Vesperis debet adhiberi Color Ruber.

Jn Completorio ad Canticum *Nunc dimittis* nulla fit incensatio. Jta Cærem: Episc: lib: 2. Cap: 4. Gavant: Sect: 10.

## Notatum 13.

### *Verbum Dei, sive Concio, sive Doctrina Chistiana.*

Parochi Singuli tenentur Concionem habere in suis Ecclesiis, nec excusantur ex Consvetudine etiam immemorabili, sive quod in aliis Ecclesiis Conciones habeantur, sive ex infrequenti auditorum Numero. Jta Jnnocentius XIII. in sua Constit: pro reformanda disciplina Regum Hispaniæ, quam Benedictus XIII. Confimavit, ut esset Norma Cæteris Ordinariis. Jnst: Eccl: 1. § 3. sufficit tamen pro Concione allocutio pia singulis Festis, ut respondit S. Congreg: 8. Aug: 1732. Parochum omittentem uno mense dicere Verbum Dei, docent Bonac: & alii Doctores peccare mortaliter

Concionem proprii Parochi quam in Parochiali Ecclesia diebus Festis habet, auscultare Parochiani non tenentur, præcipiente licet Tridentino, Cuius sanctionem Contraria Consvetudo modo abrogavit. De Syn: Diæc: Lib: 7. C. 64. § 13. lib: 11. C. 14. § 13. Nov: Edit:

Verbum Dei Concionatores si per scurrilitatem veluti in scenam adducunt, non levam Culpam admittunt, sed grande piaculum. Jta ex Verbis Encyclicæ S. Congr: Concili sub Jnnocentio XI. datæ 6. Julij. 1680. Jnst: Eccl: 27. § 15.

Jn

Jn Ecclesiis Ruralibus longe dissitis a Parochiali decernant Episcopi, ut sacerdotes, ibi sacris operantes, Populum Doctrinam Christianam doceant. Encyclica *Et si minime* Bull: Tom: 1. N. 42. Caveat tamen Parochus ne nimium tribuat alienæ operæ, sed cum pueri ad Sacramentum SSmæ Eucharistiæ, & Confirmationis admittendi sunt, tum sponsi Coniugio iungendi, per se illos tentet quid didicerint. Jbid: § 14.

Non est tolerandus mos in nonnullis Diæcesibus obtinens, ut pueri unius Paræciæ, in alia Paræcia doceântur Doctrinam Christianam: quemadmodum rescripsit Congregatio Concilii ad Cardinalem Lambertinum die 9. Aug: 1732. Jnst: Eccl: 9. § 10. sed singuli Parochi suos debent erudire, vel curare saltem ut in Paræcia erudiantur. Non tamen reprehendi sunt illi, qui in suis Ecclesiis, licet non sint Parochis subiectæ, Fideles ac Confluentes docent, dummodo exhibeant Parochis nomina eorum, qui eo frequentant. Jbid: § 13.

Ludi magistri, tam Conducti a Communitate, quam non Conducti, tam Clerici, quam Laici hortandi sunt prius ut doceant suos Doctrinam Christianam, tum etiam Cogendi. Ex Degr: Congr: Conc: ad Archi Episc: Spalatrensem die 17. Julij. 1668. Jbid: § 14.

Doctrinam Christianam non omnes scire æqualiter Necesse est plura enim scitu sunt necessaria Ecclesiasticis quam Laicis, plura adultis quam pueris & puellis: plura valentibus ingenio quam hebetibus. Jnst: Eccl: 72. § 19.

Si quis non Credat explicite ea, quæ scitu necessaria sunt necessitate medii, multo probalius est, illum nec valide absolutionem potitum fuisse. Jllicita est quidem certe in eo Casu absolutio, nec Confessarius potest tuto uti opposita huic sententia & absolutionem illis, qui hæc explicite ignoraverint impertiri, ut ex propositione damnata ab Jnnocentio XI. Constat. Jbid: § 19.

Si quis autem ignoret ea, quæ necessaria sunt Præcepti, dummodo nunc doleat, & proponat emendationem, absolvi utiq; potest ut ex Theologis. Jbid:

Cum

Cum puellis quæ Virgines non sunt, petuntq; subsidia dotalia relicta virginibus, dispensat in Occultis, & in Foro Conscientiæ tantum, Maior Pænitentiarius, tam pro obtentis quam pro obtinendis, quatenus tantum illæ inposterum honeste vivant. Bulla *Pastor bonus &c.* Bull: Tom: 1. N. 95. 27.

# Votivæ Missæ

## *Ordo*

### *Votivas Missas privatas Celebrandi, iuxta Rubricas generales & particulares Missalis.*

Ad rite Ordinandas singulas Votivas privatas, præmittuntur aliqua, per quæ tolluntur dubia, ac difficultates quæ occurrere possunt pro ut infra

*1mo.*

Tempus celebrandi Missas privatas Votivas est sacerdotis arbitrium quocunq; die non impedito Officio Duplici, aut Dominicali in die Dominica, similiter prohibentur Missæ Votivæ privatæ infra Octavas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, ac Corporis Christi. Jtem in Feria quarta Cinerum, in Maiori Hebdomada, in vigilis eiusdem Nativitatis Domini, Epiphaniæ & Pentecostes. Arbitrium autem Celebrandi Votivas Missas Privatas diebus non prohibitis ut supra limitatis, debet esse prudens, ne passim id fiat, sed quod fieri potest Missa Conveniat cum Officio. *Ex Rubrica Gener: sub tit: 14. de Misis Votivis in fine.* Cuiq; autem diei propria Missa potest assignari, idest Feria *2da.* Missa de SSma Trinitate. Feria *3tia.* de Angelis. Feria *4ta.* de Apostolis, Feria *5ta.* de Spiritu Sancto. Feria *6ta.* de Cruce vel de Passione, Sabbatho de S. MARIA Ex Rubr: par: Mis:

*2do.*

Jntroitus Missæ Votivæ Sanctorum vel Sanctarum sub illis verbus *Gaudeamus omnes &c.* vel similibus non debet dici extra

Octavam

Octavam huiusmodi Festorum, sed sumatur de Communi. Item si exigatur Votiva Missa de Assumptione, de Navitate, vel de Conceptione B. V. M. extra eiusmodi Octavas, dicatur Missa ut inter Votivas. *Ex Gavanto*. de votivis Missis par: 4. Tit: 17. N. 7 ad 13. Tempore Paschali in fine Introitus Missæ dicuntur duo Alleluia. Ex Rubro ante *Missas* votivas de SSma Trinit:

3tio.

Gloria in excelsis &c. non dicitur in Missa Votiva Privata, excepta Votiva de SSma MARIA quotiescunq; dicatur in die Sabbathi, nec non in Missa Angelorum, inquibus quotidie dicitur. *Ex Rubro Gener: Tit:* 18. *N.* 4. & excepta Missa de sancto qui titulus est Altaris in die Festo illius, licet non sit recitatum Officium, & appellatur Mixta & Votivo & Festivo. *Gavant: par:* 1. *Tit: N.* 16. §. *in Mis: &c*,

4to.

Oratio in Missa Votiva si Contineat verba: *Natalitia solemnitatem, diem Festum* vel similia dicuntur, mutari debent præfata verba & dici: *Memoriam, Commemorationem* Gavant: de Mis: Voti: par: 4. Tit: 17. Num: 7. & seq.

5to.

Graduale, duo Alleluia, versus, & post versum Alleluia, dicuntur in *Missis* votivis, ab Octava Pentecostes usq; ad septuagesimam, a septuagesima vero usq; ad sabathum sanctum dicitur Graduale sed omittuntur duo Alleluia & eorum loco dicitur *Tractus*. Toto tempore Paschali non dicitur nec Graduale, nec Tractus, sed dicuntur duo Alleluia cum Versibus sequentibus, ad usum Præf: Temp: Pasch:

6to.

Credo nunquam dicitur in Votivis *Missis* privatis. *Ex Rubr: Mis: ante Miss: Vot: SSmæ Trinit:*

7mo.

In fine Offertorii tempore Paschali in Missis Votivis dicitur: unum Alleluia. *Ex Rubr: Miss: ut supra*. 8vo.

Præfatio in Missis Votivis dicitur propria si adsit, videlicet in

Missa

Missa de SSma Trinitate, de SS. Apostolis, de Spiritu S, de Cruce vel de Passione, & de S. Maria, sin minus dicatur Præfatio de tempore, vel de Octava, intra quam Contigerit, huiusmodi Missas Votivas Celebrari, alioquin sumatur de Communi *Ex Rubr:* Missal: tit: 12. Num: 4.

9no.

Communicantes &c. in Missis Votivis licet habentibus propriam Præfationem, si Celebrentur intra Octavam Ascensionis, dicitur de eadem Octava Ascensionis. Ex Decr: S. R. C. 28. Aug: 1627. Extra hanc Octavam semper dicitur de Communi.

10.

Jn Fine Communionis, in Missis Votivis Tempore Paschali additur unum Alleluia ubi non habetur. *Ex Rubr: Miss: ante* Miss: Votis: de SSma Trinit:

11.

Jnitium Evangelii S. Joannis *Jn principio erat Verbum &c* in fine cuiuslibet Missæ Votivæ semper est legendum licet alias dicendum esset Evangelium de Feria, vel de Vigilia Ex Rubr: Gener: sub tit: 13. de Comm: &c. in fine.

*His præmissis Ordo Missarum Votivarum Privatarum ut infra Observandus*

*De SSma Trinitate.*

Missa propria inter Votivas: *Benedicta sit Sancta &c.* C. Alb sine *Gloria* Oratio Propria *2da* de Officio Currenti *3tia.* quæ alias 2. loco dicenda erat, sine *Credo* Præfatio Propria, *Qui Cum Unigenito &c,*

*Pro Gratiarum Actione.*

Missa Votiva de SSma Trinitate, vel de Spiritu S, vel de B. V. MARIA, in Missa de SSma Trinitate C. Albus, De Spiritu S. Color Ruber. *1ma* Oratio Propria *2da* de Officio Currenti. *3tia* vel ultimo loco pro Gratiarum Actione, *Deus, cuius misericordiæ &c.*

&c. quæ habetur immediate post Votivam de SSma Trinitate, sine Gloria & Credo, Præfatio propria. In Missa de B. V. MARIA propria ex Votivis sine Gloria, quæ quidem dicitur tantum in qualibet die Sabbathi, C. Albus. 1ma Oratio propria, 2da quæ occurrit, 3tia pro Gratiarum Actione, nisi occurrat Festum simplex Cuius oratio in qualibet Missa, erit ante Orationem Gratiarum Actionis, ut supra sine *Gloria*. Præfatio propria inter Votivas. Ex Gavant: par: 1. Tit: 7. Num: 9. & Tit: 9. N. 14.

## *De Angelis.*

Missa propria inter Votivas. *Benedicite Dominum &c.* C. Albus cum Gloria. Oratio propria, *2da* de Officio Currenti, *3tia.* quæ alias *2do* loco dicenda erat sine Credo.

## *De S. Michaele Archangelo.*

Missa ut in die Dedicationis eiusdem 29. 7bris *Benedicite Dominum &c.* C. Albus cum Gloria. Oratio *1ma* Propria, *2da* de Officio currenti. *3tia* quæ alias *2do.* loco dicenda erat sine Credo.

## *De SS. Apostolis Petro & Paulo.*

Missa propria inter Votivas. *Mihi autem &c.* C. Ruber: sine Gloria, Oratio Propria, *2da.* de Officio Currenti. *3tia.* quæ alias *2do* loco dicenda erat, quæ si esset *Acunctis &c.* eius loco dicitur Oratio: *Concede nos &c.* sine Credo. Præfatio de Apostolis. *Te Domine suppliciter &c.* inter votivas. Si vero dicatur tempore Paschali Missa erit ut in Festo S. Marci 15. aprilis, præter Orationem, Epistolam quæ dicuntur ut supra. De aliis vero Apostolis ut in die Festo, & proprio loco.

## *De Spiritu Sancto.*

Missa Propria inter Votivas. *Spiriritus Domini &c* C.R. sine Gloria.

ria. Oratio Propria. 2da Officii Currentis. 3tia quæ alias 2do loco dicenda erat, sine Credo. Præfatio propria. *Qui ascendens super omnes Cælos &c.* sed omittenda sunt illa verba *hodierna die*, cum hæc non Congruunt extra Octavam Pentecostes.

*Ad postulandam Gratiam Spiritus Sancti.*

Missa ut supra, mutatis tantum orationibus quæ habentur in fine eiusdem.

*De SSmo Eucharistiæ Sacramento.*

Missa Propria inter votivas *Cibavit me &c.* C. A. sine Gloria Oratio Propria. 2da. de Officio, 3tia quæ alias 2do loco dicenda erat, sine Credo. Præfatio de Nativitate *Quia per incarnati verbi &c.*

*De Cruce.*

Missa propria inter Votivas. *Nos autem &c.* C. R. sine Gloria, Oratio Propria, *quæ mutatur tempore Paschali prout in fine eiusdem Missæ.* 2da de Officio Currenti, 3tia quæ alias 2do loco dicenda erat, sine Credo. Præfatio propria. *Qui salutem humani generis &c,*

*De Passione.*

Missa propria inter Votivas: *Humiliavit &c.* C. Violac: Sine Gloria, Oratio Propria. 2da de Officio Currenti. 3tia quæ alias 2do loco dicenda erat. Sine Credo. Præfatio Propria ut supra.

*De Sancta MARIA.*

Missa Propria inter Votivas iuxta temporum varietatem C. Albus cum Gloria. si dicatur die Sabbathi, Oratio Propria 2. de Officio Currenti 3. de spiritu Sancto, nisi facienda sit Commemoratio alicuius Sancti simplicis, sine Credo, Præfatio Propria de B. V. M. *Et Te in veneratione &c.* Si contigerit Missam Votivam de B.V.M.

Bb2 Celebra-

Celebrare eo die quo fit de aliquo Festo semiduplici infra octavam eiusdem B. V. *M.* dicenda erit Missa de eadem Octava, sed more Votivo sine Gloria & sine Credo, si vero dicitur in sabbatho Cum Gloria sine Credo, cum orationibus ut supra. Ex Decretis S. R, C, 2. *Xbris* 1684.

*De SS. Martyribus, Confessoribus, Virginibus, & Martyribus, & nec Virginibus nec Martyribus.*

Missa ut in proprio loco si adsit, aliter ut in Communi pro *Martyribus*, Color Ruber, pro cæteris Albus. Sine Gloria, Oratio Propria, vel ut in eodem Communi, *2da* de Officio Currenti, *3tia* quæ alias 2. loco dicenda erat sine, Credo.

*Ad tollendum Schisma; pro quacunque necessitate: pro remissione peccatorum: Contra Paganos: Tempore Belli: Pro Pace: Pro vitanda Mortalitate: pro infirmis: Ad postulandam gratiam bene moriendi: Pro iter agentibus.*

Missa propria inter votivas C: Viol: sine Gloria, Oratio Propria *2da* de Officio Currenti, *3tia* quæ alias 2. loco ponenda erat sine Credo.

*In Votiva Missa de Passione Domini observandũ.*

Quando hæc Votiva Missa dicitur de Passione Domini, sive dicatur tempore Passionis, sive alio tempore nihil omittitur, sed dicitur ut aliæ Votivæ, cum Psalmo *Judica me &c.* & *Gloria Patri &c.*

*Votiva Missa dum Cantatur præter Missam Conventualem vel Parochialem,* In hac Votiva non debet fieri Festi Commemoratio, de quo Missa Conventualis vel Parochialis est Cantata. S. R. C. 23. Junii 1736. sed Orationes seu Collectæ duæ assumi debent

bent ad Complementum Numerum ternarum, prout fit in Missa semiduplici (dum nulla alia oratio ocurrit) iuxta diversitatem temporum *vg* 2. Oratio A Cunctis 3. ad libitum, vel 2. Oratio de B. V. M. 3. Ecclesiæ vel pro Papa.

*Votiva Missa Solemnis in receptione ad Habitum Religiosum, an Cantari possit?* Votiva Missa solemnis etiam de Spiritu S. in receptione ad Habitum, & ad Professionem Religiosam nullo modo ex Consvetudine in Dominicis vel duplicibus cantari potest, & hic abusus omnino est tollendus S. R. C. 24. Julii 1683. Et posterius Decretum tale. Votiva Missa non potest de Sancto Spiritu Celebrari etiam ab Episcopo pro eligenda Abbatissa in Festo duplici vel in Dominica R. R. C. 28. Apr: 1708.

*Votiva Missa dum Cantatur pro re gravi* de aliquo sancto, semper dici debet cum *Gloria* & *Credo*: & cum Colore quo utitur Ecclesia in Festo, cuius Missa Cantatur S. R. C. 13. Aug: 1667.

*Missa Votiva non habens Præfationem Propriam*, si Dicatur hoc die, quo fit Officium apud Privilegiatos (ut in Nostra Polonia) de Jmmaculata Conceptione in Sabbatho, vel de SSmo Sacramento feria 5. Præfatio in Votiva illa debet esse Communis, vel de tempore, si tunc specialis dicatur *vg* tempore Paschali, non vero ea quæ est Conformis Officio, & servetur Rubrica generalis S. R. C. 16. Junii 1708. Jdest, si tali die, quo recitatum Officium de Jmmaculata Conceptione B. V. M. vel de Smmo Sacramento velit quis dicere Votivam de Aliquo Sancto, non debet dicere Præfationem correspondentem Officio recitato sed communem temporis Currentis.

*Votiva Missa non habens Præfationem Propriam* quoties dicitur infra Octavam Festi habentis propriam, debet illa dici Præfatio *ex Missa Festi illius, cuius est Octava* Excepto *infra Octavam Nativitatis Domini.* Ubi in quacunq; Votiva debet dici Præfatio de *Nativitate*, ob specialem Rubricam.

*Votiva Missa de SSmo Sacramento*, pro Expositione initio 40. Horarum dicatur ex Votivis *non ex Festo Corporis*

*Christi*

*Christi* cum Gloria & Credo. Oratio tantum una sine Commemoratione; idq; tunc si non est Cantanda alia Missa de Officio seu Festo Currente, debet in illa Votiva dici Commemoratio de dicto Officio occurrente; si vero sit Cantanda Missa de sancto vel Officio occurrente; non debet in illa Votiva Missa fieri illius Commemoratio. Ita Gavantus, Merati, & Bissus.

*Votivæ Missæ de SSmo Sacramento, vel de B.V.M.* in Cantu fundatæ, dici non possunt in duplicibus aliisq; diebus duplicia excludentibus, sed Cantari debent Missæ de Currenti Festo, cum applicatione Sacrificii, iuxta Decretum editum 1614. Sicq; satisfieri, & Benefactorum mentem impleri, non obstante quacunq; Consvetudine in Contrarium, declaravit. S. R. C. 24. Julii 1683.

*Votiva Missa de B.V.M.* dum solet quotidie Celebrari, in Festis eiusdem B.V.M. & infra Octavas dici debet Missa ipsius Festi cum *Gloria, Credo &c.* neq; enim tunc est Votiva, sed vere diei propria. Quod non tantum asseritur pro Festis ipsis ac diebus infra Octavas, in quibus fit de Octava ipsa, sed etiam pro aliis diebus in quibus fit Officium de Festo, vel Dominica occurrente, puta ut in die S. Hiacinthi infra Octavam Assumptionis B.V.M. & in die S. Nicolai de Tolentino infra Octavam Nativitatis. Nam licet tunc, Missa de Octava non Conveniat Cum Officio diei, Convenit tamen cum Commemoratione ipsius Octavæ de qua utiq; fieret Officium, si tale Festum, vel talis Dominica abesset, adeoq; non est ad huc proprie Censenda Votiva. Gunetus lib: 4. Cap: 21. & Gavantus Par: 1. Tit: 4. lit: P.

*Votiva Missa de B.V.M.* cum *Gloria* & *Credo*, potest Celebrari in die Dominico ratione Concursus Populi S. R. C. 20. *9bbris* 1662.

Hæc eadem Votiva Missa potest Celebrari cum *Gloria &* *Credo* in die Dominica, Causâ voti, seu aliâ Causâ. S. R. C. 16. Junii 1663.

*Votivam Missam de B.V.M.* cantandi, ubi est immemo-

rabilis

rabilis Censvetudo, potest exceptis solennioribus Festivitatibus Domini Nostri JESU Christi tolerari, pro ut tolerat S.R.C. 19. 9*bris* 1633. Festa prædicta, in quibus non toleratur hæc Votiva *Missa*, sunt, Dominica 1*ma* Adventus, Feria 4*ta* Cinerum, Dominica 1*ma* Quadragesimæ, Dominica Palmarum cum tota maiori Hebdomada, Dominica Resurrectionis, & Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, dies Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, SSmi Corporis Christi, & omnes dies in quibus celebrari debet peculiare Festum in honorem B. V. M. iuxta præscriptum in Calendario: ac dummodo diebus, in quibus Celebratur dicta Missa Votiva, præter eandem, celebretur etiam Missa Conventualis, seu die Festi Currentis. *Merati sub eodem Decreto*. Sed quantum ad Dominicam 1*mam* Adventus attinet, in qua apud nos solet Cantari Missa Votiva *Rorate*. tollitur scrupulus per Confirmationem Constitutionum Synodalium huius Provinciæ. Jdeo sequitur.

## *Votiva Missa: Rorate ex antiqua in Regno Poloniæ per Adventum totum devotione.*

Hanc devotionem imprimis a Premislao pio Duce Posnaniensi (qui obiit Anno 1257.) Posnaniæ Cæptam, deinde a Boleslao Pudico imitatione propagatam Circa Annum 1270. refert ex Bzovio & Nakielscio P. Bielicki Soc: Jesu Concione pro Dominica 1*ma* Adventûs. Unde septem Candelæ ardentes, quas olim ex unoquoq; statu, singulares viri testantes se nomine omnium paratos esse viva fide ad Adventum Domini, ante inchoationem Missæ Votivæ *Rorate* Dominica 1*ma* Adventûs in altari Collocabant, Reipublicæ designant septem status. Missa vero Votiva *Rorate* huic tempori Conveniens, in honorem Deiparæ instituta fuisse, & cum Concursu populi celebrari Consvevisse, Colligitur ex illa pervetusta, pia, & svavisona, ac etiamnum in Ecclesiis tempore Missæ usitata

Cantione

Cantione: *Zdrowaś bądź MARIA*, & præsertim ex verbis illis in fine: *Amen wszyscy rzeczny wierni Chrzescianie, coscie się tu zeszli ku chwale tey Pannie &c.*

Hæc Votiva Missa *Rorate* per Synodum Provincialem prius confirmata, & a Paulo V. summo Pontifice approbata perhibetur. Posterius vero in Constitutionibus Synodi Provincialis Pætricoviæ Anno 1621. Celebratæ a S. Congregatione Concilii recognitis & approbatis, & ab Urbano VIII. confirmatis, invenitur expressa. *tit: de sacr: Missæ*, his verbis; *sed & Missa Rorate quam vocant, decantari solita in hac Provincia per totum Adventum, nunquam ante Auroram cantetur, legaturve.*

Missæ istius est varius Ritus, in quibusdam enim Ecclesiis Cantatur Ritu *Missæ* Votivæ solemnis cum *Gloria* & *Credo*, ac unica Oratione; in Aliis Ritu Missæ Votivæ Privatæ sine Gloria ( nisi in Sabbatho ) *iuxta Rubr: Miss:* Jn aliis autem permodum *Missæ* Votivæ nec solemnis nec Privatæ, cum Cantetur cum *Gloria*, sed sine *Credo*, aut Cum *Gloria* & *Credo*, sed cum Commemoratione Dominicæ, vel Feriæ. Alibi vero in Dominicis tantum cum *Credo*, aliis autem diebus sine *Credo*, sed directe *Contra Rubricas Missalis*. Jdeo propter observandam uniformitatem Ritus, optatur, ut laudabilis consvetudo semel introducta & recepta in Ecclesia Cantandi Missam Votivam *Rorate*, singulis diebus per Adventum totum in omnibus Ecclesiis, *æquali Ritu*, scilicet per modum Missæ Votivæ nec Solemnis nec Privatæ cum Cantetur cum *Gloria* sine *Credo* a vetustissimis temporibus, ( & ita in usu ab immemorabili tempore dignoscitur in Polonia ) continuanda servetur cum Commemorationibus devotioni antiquæ Competentibus. *iuxta Rubr: Miss:* uti in Ecclesia Cathedrali practicatur. Circa Commemorationes in hac *Missa* votiva faciendas, hæc Regula est observanda *vg* in Dominica Adventûs post *Gloria*, 2. Oratio erit Dominicæ 3. de Spiritu *S.* 4. Ecclesiæ vel pro Papa. Aliis diebus, si occurrat Festum sive duplex, sive semiduplex 2. Oratio

tio erit Festi (a) 3. feriæ, si autem facienda est commemoratio simplicis de eo 4. erit, 5. de Spiritu S. 6. Ecclesiæ vel pro Papa. Præfatio B. V. M. cum ℣. *Et Te in veneratione &c.* N. B. (a) 2. Oratio Festi Jn Ecclesiis enim ubi Cantatur Missa Conventualis. (sive Parochialis) de Festo ibi non debet sumi in Votivis in Cantu fundatis, *Oratio Festi* (secus in Privatis) iuxta sequens Decretū *Dum præter Missam Conventualem* vide superius fol:204. Quidam asserunt in Festis B.V.*M.* Jmmaculatæ Conceptionis, Domus Lauretanæ, Expectationis Partûs *M*issam Festivam Conceptionis, & aliorum Festorum B,V.M. esse substituendam cum *Gloria* & *Credo*, loco *M*issæ Votivæ *Rorate*, sed sublato quolibet alio asserto difformi quarumlibet Ecclesiarum usu, sive Consvetudine introducta, servetur solitum. Eadem Missa Votiva *Rorate*, summo mane decantari debet tantum in illis Festis B.V.*M.* ℣. Præfationis mutatur, & dicitur in Festo Conceptionis & per eius Octavam: *Et Te in Conceptione &c.* & in aliis Festis B. V. M. ut notatur in Directorio.

Jn Ecclesiis minoribus, ubi unus tantum est sacerdos tunc in Dominicis & Festis Celebribus debet cantari *M*issa de Dominica, aut de Festo statutâ horâ, & *Rorate* Missa debet omitti S. R. C. 9. *Xbris* 1634.

Missa *Rorate* summo mane Celebratur, ubi non est Aurora physice pro licita *M*issarum Celebratione, attendatur ea moraliter & politice, quando scilicet terminari solet hominum quies, & inchoari labor, iuxta probatam Regionum Consvetudinem S. R. C. 18. 7bris & 2. 9bris 1634.

Etsi cum Concursu Populi Cantetur ab immemorabili tempore in Adventu Domini, singulis diebus Votiva, B.V.*M.* quæ vocatur *Rorate* instituta a Provinciali Concilio, ut est in Regno Poloniæ, a Paulo V. approbata, non est tamen recensenda inter Missas Votivas pro re gravi, vel pro Publica Causa sed haberi duntaxat poterit, ut mera populi devotio. S.R.C. 29. Januar: 1752.

# Chorus.

Valde congruum est, ut in Choro singulis diebus Adventûs, etiam per Octavam Jmmaculatæ Conceptionis ( si ubi loco *Rorate* Misa Cantetur de Conceptione ) omnia cantentur tono Consveto, prout *Missa Rorate*, puta *Kyrie*, *Gloria*, & loco Gradualis, Oda illa Rhythmica. *Mittit ad Virginem* antiqua Consvetudine approbata ( ubi tamen est expressum. *Et zyma scoriæ*, Corrigendum esse: *Et Zema Scoriæ* monet ( cnapius ) Jtem *Credo Sanctus*, *Agnus Dei &c.* ne Consvetudo devotionis antiquæ videatur penitus interrumpi.

Hinc quisquis è Clero tam sæculari quam Regulari recordetur Moniti Divi Pauli: *Attende tibi & Doctrinæ: insta in illis* 1. *ad Timot*: 4. Attendat, observet, & perlegat quilibet nostrum sæpe Decreta, monita & Doctrinam quæ nobis in his Annotationibus sunt descripta, quia ut dicit idem Divus Paulus, & præmonet simul: 1. *ad Corinth*: 14. ℣ *ultimo*. *Si quis ignorat ignorabitur*: *Omnia autem honeste, & secundum Ordinem fiant in vobis*. Ne detur occasio vituperandi ministerium sacerdotii: ut Congrue Omnipotentem Deum Laudemus, Cui Laus sit & Gloria & Gratiarum Actio ab omni Creatura in sæcula sæculorum. Amen.

CVIII ex dispositione SS. Concil. ... Regularibus Reg... ia sint
Reform. Secularibus Secularia, Regularibus Reg...ia sint
con...
cura anin...
ullo pacto...
priùs leg...
Officiali...
ficium in...

*De ... ne*

REa... ant, nè
Re... epultu-
ra... tificare
... lutione
tenentur, nec ad repetendum procedant, ... 
quartæ Funeralium.

Et quoniam Censuras & Interdicta lata ab Episcopo, ad man-
datum ipsius publicare & observare in suis Ecclesijs obligantur,
juxta cap. in Lateranen. de Sententia Excommunicationis extr. cap.
& cum

M 2

CVm ex dispositione SS. Concil. ...
Reform. Secularibus Secularia, Regula...
conferenda Beneficia, statuit Synodus, ...
cura animarum in aliquo Beneficio Regulari in...
ullo pacto immiscere in regimen Ecclesiæ hujusm...
priùs legitimâ præsentatione capitulariter obtent...
Officiali Nostro exhibita, & nonnisi examinati, atq; a...
ficium instituti fuerint.

## CAPVT XXXIV.

*De Sepulturis in Ecclesijs Regularium, & publicatio... Censurarum.*

REassumuntur omnes dispositiones Iuris prout ipsæ sonant, nè Regulares ullum in Ecclesijs suis sepeliant, nisi quis sepulturam in illis sibi elegerit, de qua Parochum loci notificare tenentur, nec ad sepeliendum procedent, nisi prævia solutione quartæ Funeralium.

Et quoniam Censuras & Interdicta lata ab Episcopo, ad mandatum ipsius publicare & observare in suis Ecclesijs obligantur, juxta cap. in Lateranen. de Sententia Excommunicationis extr. cap. & cum

M 2

mina verò [illegible]ectorum ad [illegible]cta Nostra quamprimum notificent, ut eorum notitiam, illi, quorum interest, habere posſint.

## CAPVT XXXV
### *De Reductione Miſſarum.*

CVm temporum iniquitate, rerum æſtimatione, valoris monetæ immutatione, Fundationes antiquas, in ſuffragium animarum inſtitutas, in ſuis Cenſibus & Proventibus, ita extenuatas eſſe comperimus, ut plerumq́, intentiones piæ, ac voluntates depereant, idcirco inhærendo Declarationi & Facultati S. Congregationis Eminentiſsimorum & Reverendiſsimorum DD. S. R.

Eccleſiæ